# DOCTRINA

# DUODECIM APOSTOLORUM

CANONES APOSTOLORUM ECCLESIASTICI
AC
RELIQUAE DOCTRINAE DE DUABUS VIIS
EXPOSITIONES VETERES

EDIDIT, ADNOTATIONIBUS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT,
VERSIONEM LATINAM ADDIDIT

FRANCISCUS XAVERIUS FUNK

TUBINGÆ,
IN LIBRARIA HENRICI LAUPP.
MDCCCLXXXVII.

B-10-4

# PROLEGOMENA.

## DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM.

### I.

Anno 1843 I. Guilielmus Bickell [1]) e codice Vindobonensi libellum veterem publicavit, qui inscribitur: Αἱ διαταγαὶ αἱ διὰ Κλήμεντος καὶ κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Constitutiones per Clementem et canones ecclesiastici sanctorum apostolorum. Appellavit eum Ordinationem ecclesiasticam apostolorum, germanice *Apostolische Kirchenordnung*, et titulus apud nostrates plurimos invaluit. Equidem in hoc opere secundum inscriptionem codicis Vindobonensis libellum, cuius textus infra post Doctrinam apostolorum exhibetur, Canones ecclesiasticos apostolorum vel brevius Canones ecclesiasticos nomino.

Libellus iam inde ab anno 1691, quo Iob Ludolf [2]) versionem aethiopicam interpretatione latina adiecta typis impressit, viris doctis notus, neque vero diligentius investigatus erat. Whiston [3]) solus de eius ortu iudicium tulisse videtur, eum ex Constitutionibus apostolorum excerptum esse censens. Res textu graeco demum publicato aliter evenit. Confestim editor princeps sagacissime de libello iudicavit. Agnovit quidem eum plura continere, quae etiam in Constitutionibus apostolorum et in Barnabae epistula leguntur. Attamen verisimile putavit, eum non ex his scripturis, sed e tertia aliqua scriptura, Barnabae epistulae simili, et quidem saeculo III ineunte confectum esse.

1) *Geschichte des Kirchenrechts* I.
2) Commentarius ad Historiam Aethiopicam antehac editam.
3) *Primitivy Christianity revived* 1711 III, 526 sq.

Quaesivit quoque, num scriptura eadem esset atque illa, quae ab Eusebio et Athanasio sub nomine Doctrinae apostolorum commemoratur, et plura attulit, quae huic sententiae favent. Altera ex parte autem perspexit, nonnullas esse rationes, ex quibus scriptura a Doctrina apostolorum diversa habenda esset, et considerans, scriptores veteres, qui huius libri mentionem fecerunt, praeter titulum de eo nihil tradidisse, iudicium ferre non est ausus [1]).

Cum Bickell de ratione inter Canones ecclesiasticos ac Doctrinam apostolorum intercedente dubius esset, Anglus quidam [2]) aliquot annis post utramque scripturam nec non illam, quae a Rufino Duae viae vel Iudicium Petri appellata est, unum eundemque librum esse censuit. Similiter Hilgenfeld [3] Canones ecclesiasticos et Duas vias vel Iudicium Petri unum librum declaravit eumque, cum locus a Clemente Alexandrino velut verba Scripturae laudatus in libro legatur, saeculo secundo adscripsit. De tempore libelli Lagarde [4] iam aliquot annis ante idem censuit; quae autem ratio inter eum ac Doctrinam apostolorum vel Duas vias intercederet, non inquisivit. Posteriorum plurimi sententiae Hilgenfeldianae assensi sunt. Harnack [5] tempus libelli tanquam non certo indagandum in suspenso reliquit.

Novam atque accuratiorem quaestionem instituit Krawutzcky [6]. Postquam nonnulla contra sententiam Hilgenfeldianam opposuit, demonstravit: 1) libellum, quamquam plura exhiberet, quae etiam in parte altera epistulae Barnabae legerentur, tamen non ex hac ipsa fluxisse, sed ex epistula potius in Aegypto paullo post scripturam compilatam esse, quae sententias rectius dispositas magisque cum doctrina Evangelii congruentes contineret; 2) scripturam hanc, cui verba illa adscribenda essent, quae a Clemente Alexandrino tanquam verba Spripturae laudantur, in ecclesia prae-

1) Bickell l. c. p. 90–97.

2) *Christian Remembrancer* 1854 p. 293 sq.

3) Novum Testamentum extra canonem receptum IV (1866), 95. Idem in editione libelli altera 1884 sententiam tuitus est.

4) Reliquiae iuris eccles. antiquissimae 1856 p. XIX.

5) Patrum apostol. opp. fasc. I part. II ed. II p. XLVI.

6) *Theolog. Quartalschrift* 1882 p. 359—445.

lectam et ad catechumenos erudiendos adhibitam atque ab auctore Duas vias vel Iudicium Petri appellatam esse, ut Barnabae nomini nomen maioris auctoritatis opponeretur; 3) ex hac scriptura saeculo quarto ineunte adhibita Barnabae epistula quemdam in Aegypto vel in Syria libellum Canonum ecclesiasticorum vel potius eius partem priorem confecisse singulas sententias apostolis singulis attribuentem; simili modo eundem scriptorem ignotum canones antiquos in usum suum convertisse eosque sententiis ethicis tanquam alteram libelli partem adiecisse; 4) scriptura etiam auctorem libri VII Constitutionum apostolorum usum esse, qui saeculo tertio exeunte in Syria vixisset. Denique Krawutzcky scripturam illam ex duobus libellis, qui ex ea fluxerant, et ex Barnabae epistula, e qua ipsa exarata esse videbatur, restituere conatus est [1]).

II.

Cum haec dissertatio sagacissima scriberetur, codex iam inventus erat, in quo talis fere scriptura legitur, qualem Krawutzcky quaerebat. Anno enim 1873 Philotheus Bryennius, tunc Constantinopoli professor scholae patriarchalis maioris, a. 1875 metropolita Serensis, a. 1877 metropolita Nicomediensis electus, inde ab anno 1877 usque ad annum 1884 membrum synodi patriarchae Constantinopolitani, Constantinopoli in bibliotheca monasterii patriarchalis Hierosolymitani codicem detexit membranaceum anno 1056 a Leone quodam notario scriptum vel finitum, qui foliis 120 formae octavae minoris secundum indicem haec continet:

1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου Σύνοψις τῆς Παλαιᾶς καὶ Καινῆς Διαθήκης ἐν τάξει ὑπομνηστικοῦ (fol. 1—32), h. e. secundum indicem, revera codex Synopsin Veteris tantum Testamenti exhibet usque ad Malachiam prophetam;

2) Βαρνάβα ἐπιστολή (fol. 33—51$^b$);

3) Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους α' (fol. 51$^b$ med. - fol. 70$^a$ med.);

1) Scriptura restituta exstat l. c. p. 423—45. Anglice versam eam repetierunt Hitchcock et Brown, *The Teaching of the Twelfe Apostles* ed. II 1885 p. LXIX—LXXIV.

4) Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους β′ (fol. 70ª med. — fol. 76ª med.);

5) Διδαχὴ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων (fol. 76ª med. — fol. 80);

6) Ἐπιστολὴ Μαρίας Κασσοβόλων πρὸς τὸν ἅγιον καὶ ἱερομάρτυρα Ἰγνάτιον ἀρχιεπίσκοπον Θεουπόλεως Ἀντιοχείας (fol. 81—82 med.);

7) Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας πρὸς Μαρίαν, πρὸς Τραλλιανούς, πρὸς Μαγνησίους κτλ. (fol. 82ª med. — fol. 120ª init.).

Anno 1875 vir doctissimus e codice Clementis Romani epistulas edidit easque primus integras, cum codex Alexandrinus, qui eas antea solus suppeditabat, magnis lacunis laboret. Tum Adolpho Hilgenfeld codicis lectiones epistulae Barnabae, Ioanni Bapt. Lightfoot et mihi lectiones epistularum Pseudoignatii liberalissime communicavit. Anno 1883 denique exeunte codicis scripturam hucusque plane incognitam in publicum edidit, commentario et prolegomenis eam optime illustrans, scilicet Διδαχὴν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, Doctrinam duodecim apostolorum, vel illam scripturam, cuius pars prior fere eadem est cum scriptura, quam Krawutzcky ex aliis libris supra nominatis non frustra restituere ausus est. Quaeritur autem, num tempus libri a viro docto recte definitum sit. Hanc quaestionem aggredientibus ante omnia nobis inquirenda sunt, quae veteres de libro tradunt.

## III.

Primus inter veteres Doctrinae apostolorum mentionem diserte facit Eusebius. Celeberrimo illo Historiae ecclesiasticae capitulo (III, 25), ubi scripturas canonicas et dubias apocryphasque enumerat, inter scripturas dubias Doctrinae quae dicuntur apostolorum nominantur. Postquam enim Eusebius libros sacros recensuit, cum eos, qui illo tempore ab omnibus recipiebantur, tum eos, qui a nonnullis vocabantur in dubium, scilicet epistulas Iacobi et Iudae, epistulam Petri secundam epistulasque Ioannis secundam et tertiam, pergit scribens: Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί,

ἔτι δέ, ὡς ἔφην, ἡ Ἰωάννου ἀποκάλυψις, εἰ φανείη, ἥν τινες, ὡς ἔφην, ἀθετοῦσιν, ἕτεροι δὲ ἐγκρίνουσι τοῖς ὁμολογουμένοις· ἤδη δ' ἐν τούτοις τινὲς καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον κατέλεξαν, ᾧ μάλιστα Ἑβραίων οἱ τὸν Χριστὸν παραδεξάμενοι χαίρουσι. Ταῦτα δὲ πάντα τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη. Quod liber Doctrinae, non Doctrina apostolorum appellatur, nullius momenti esse videtur. Argumentum libri eiusmodi est, ut titulus facile numero plurali exprimi possit.

Alter, qui libri meminit, est Athanasius. Postquam in epistula paschali XXXIX [1]), quam a. 367 scripsit, scripturas sacras vel canonicas enumeravit, praeter illas scripturas alios dixit esse libros, qui quidem non essent canonici, a patribus autem confecti, ut praelegerentur eis, qui ad fidem accederent et pietatis sermonem doceri vellent, et inter hos libros nominat Doctrinam quae dicitur apostolorum. Verba ipsius sunt: Ἀλλ' ἕνεκά γε πλείονος ἀκριβείας προστίθημι δὴ τοῦτο γράφων ἀναγκαίως, ὡς ὅτι ἐστὶ καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν οὐ κανονιζόμενα μέν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος καὶ Σοφία Σιρὰχ καὶ Ἐσθὴρ καὶ Ἰουδὶθ καὶ Τωβίας καὶ Διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων καὶ ὁ Ποιμήν. Καὶ ὅμως, ἀγαπητοί, κἀκείνων κανονιζομένων καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη, ἀλλ' αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια κτλ.

Alii testes sunt auctor catalogi scripturarum sacrarum, qui tempore Iustiniani conscriptus et in codice Parisino Quaestionibus et Responsionibus Anastasii patriarchae Antiocheni († 599) adiectus est, et Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus † 828. Ab illo discernuntur scripturae canonicae numero LX, et scripturae, quae sunt extra canonem, numero IX, et apocryphae, numero XXV, et inter has et quidem post Petri Apocalypsin et ante epistulam Barnabae et Pauli actus recensentur Περίοδοι καὶ Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων [2]). Nicephorus in Stichometria post recensionem scripturarum canonicarum ac dubiarum, quae sunt in Novo Testamento Apocalypsis Ioannis,

1) Migne, Patrol. Gr. t. 26 p. 1438.

2) Cf. Patr. apost. ed. Cotelerius-Clericus 1724 I, 197. Credner, *Geschichte des neutest. Kanon* 1860 p. 241.

Apocalypsis Petri, Barnabae epistula et Evangelium secundum Hebraeos, velut libros apocryphos Novi Testamenti enumerat Itinera Petri et Ioannis et Thomae, Evangelium secundum Thomam, Doctrinam apostolorum, epistulas Clementis, Ignatii et Polycarpi, Pastorem Hermae, et Doctrinae apostolorum ducentos stichos attribuit [1]). Quibus testibus adiungendus est catalogus librorum sacrorum, qui in Synopsi succincta divinae scripturae V. et N. T. vulgo Athanasio adscripta inest et circa saeculum decimum confectus esse videtur [2]). Inter easdem fere scripturas, quae a Nicephoro apocryphae declarantur, in catalogo tanquam inter ἀντιλεγόμενα vel scripturas dubias Διδαχὴ ἀποστόλων locum obtinet, scilicet post Itinera Petri et Ioannis et Thomae et Evangelium secundum Thomam et ante Clementina.

Post Nicephorum Constantinopolitanum liber apud Graecos paullatim ex usu venit. Anno 1056 quidem teste codice Constantinopolitano supra laudato a Leone notario descriptus est; plerisque autem iam incognitus fuisse videtur. Cum enim saeculo XII ineunte Zonaras in Commentario ad Athanasii epistulam festalem XXXIX [3]) scribat, Doctrinam apostolorum quosdam dicere Constitutiones esse per Clementem conscriptas, quas synodus Trullana a. 692 velut ab haereticis adulteratas ac corruptas legi vetuerit, et Blastares saeculo XIV dicat, Doctrinam apostolorum a synodo sexta (vel Trullana) condemnatam fuisse [4]), librum se iam non vidisse produnt. Quae Nicephorus Callisti H. E. II, 46 refert: Ἐν νόθοις καὶ (sc. praeter Actus et Apocalypsin Petri atque Hermae Pastorem) ἡ Βαρνάβα φερομένη ἐπιστολὴ καὶ αἱ λεγόμεναι τῶν ἀποστόλων διδαχαὶ κτλ., ea haud dubie ex Eusebii Historia ecclesiastica transcripta sunt.

Inter Latinos duo viri Doctrinae apostolorum mentionem faciunt. Alter est auctor libri De aleatoribus, qui sub nomine Cypriani ad nos pervenit. Postquam c. 4 verba Pauli apostoli plura et locum Scripturae incognitum laudavit, verba tanquam ex Doctrinis apostolorum deprompta allegat:

1) Credner l. c. p. 244 sq.
2) Credner l. c. p. 249 sq. Athan. opp. ed. Patav. 1777 II, 154.
3) Migne, Patrol. Gr. t. 138 p. 863.
4) Migne, Patrol. Gr. t. 144 p. 1142.

Si quis frater delinquit in ecclesia et non paret legi, hic nec colligatur, donec paenitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et inpediatur oratio vestra [1]). Cf. Doctr. apost. 14, 2; 15, 3. Alter est Rufinus, cui in vertenda Eusebii Historia ecclesiastica liber nominandus erat, et notandum est, eum librum non Doctrinas, ut scripsit Eusebius, sed Doctrinam quae dicitur apostolorum appellasse. Plures Rufinum alio quoque loco scripturam nostram commemorare putant. Cum in Expositione in symbolum apostolorum c. 36—38, ubi catalogum exhibet scripturarum sanctarum, qui cum catalogo Athanasii plerumque convenit, libellum laudet, qui appellatur Duae viae vel Iudicium Petri (vel, ut codices nonnulli legunt, Iudicium secundum Petrum), eumque eo fere loco ponat, ubi episcopus Alexandrinus Doctrinam apostolorum nominat, Bryennius [2]) verbis illis Doctrinam apostolorum vel saltem capita scripturae sex priora designari coniecit, eique plurimi assensi sunt, praesertim Harnack [3]), Schaff [4]) et hoc testante omnes fere Angli et Americani. Et si libellus a Rufino Iudicium Petri appellatus idem est cum Doctrina apostolorum vel parte huius libri, etiam Hieronymus eius testibus adnumerandus est, quippe qui in Catalogo c. 1 inter scripturas apocryphas Petro apostolo adscriptas librum commemoret Iudicium vocatum. Sententia autem vix recta est. Libellum illum Doctrinae apostolorum sane similem fuisse titulus prior (Duae viae) probat. Difficillimum vero est ad intellegendum, Doctrinam Iudicium Petri (vel secundum Petrum) nominatam esse, cum nomen apostoli nec semel in scriptura nobis occurrat. Scriptura a Rufino Duae viae vel Iudicium Petri appellata, nisi forte cum libro aliquo tertio nunc deperdito, potius cum Canonibus ecclesiasticis eadem habenda est, cum hic libellus revera descriptionem duarum viarum contineat et Petrus in eo non solum saepius quam reliqui apostoli, sed etiam,

---

1) Cypr. opp. ed. Hartel III, 96.

2) *Διδαχὴ τ. δ. ἀποστόλων σελ. κδ'.*

3) *Die Lehre der zwölf Apostel* p. 21 sq.

4) *The Teaching* p. 117. Animadverto, quod titulum a Rufino traditum iam Krawutzcky scripturae a se quaesitae attribuit, Cf. p. III.

id quod haud exigui momenti est, ultimus sermonem faciat [1]).

Tertius Latinorum, ut vidit Gebhardt [2]), Doctrinam apostolorum interpretatus est. De fragmento versionis, quod ad nos pervenit, infra tractabo.

## IV.

Cum scriptores hucusque laudati Doctrinae apostolorum expressam mentionem facerent, alii libro tacito nomine usi sunt.

Inter quos primum locum obtinet auctor epistulae Barnabae, qui non solum maiorem partem capitum I—V vel doctrinae de duabus viis ad verbum exscripsit, sed etiam sententiam capitis ultimi in scriptura sua recepit. Illa pars legitur Barn. 18—20 et infra ita edita est, ut ea, quae a Barnaba ex doctrina desumpta sunt, characteribus obliquis expressa, facile cognoscantur. Hanc sententiam Barnabas 4, 9 exhibet, ubi legimus: Διὸ προσέχωμεν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσει ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς ζωῆς ἡμῶν καὶ τῆς πίστεως, ἐὰν μὴ νῦν ἐν τῷ ἀνόμῳ καιρῷ καὶ τοῖς μέλλουσιν σκανδάλοις, ὡς πρέπει υἱοῖς θεοῦ, ἀντιστῶμεν. Doctrina autem eadem fere ordine inverso exhibet, 16, 2—3 scribens: Οὐ γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐὰν μὴ ἐν τῷ ἐσχάτῳ καιρῷ τελειωθῆτε· ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις κτλ. Praeterea Barnabae verba 1, 4: ἀγαπᾶν ὑμᾶς ὑπὲρ τὴν ψυχὴν μου e mandato Doctrinae 2, 7: οὓς δὲ ἀγαπήσεις ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου repetere licet. Illius porro verba 4, 1: φύγωμεν οὖν τελείως ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀνομίας, et 4, 2: μὴ δῶμεν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ ἄνεσιν, ὥστε ἔχειν αὐτὴν ἐξουσίαν μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ πονηρῶν συντρέχειν, in memoriam revocant Doctrinam 3, 1: φεῦγε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ, et 3, 7: οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν οὐδὲ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος κτλ. Denique Barnabas 10, 11 scribens: κολλᾶσθε μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν κύριον, . . μετὰ τῶν λαλούντων τὰ δικαιώματα κυρίου καὶ τηρούντων, in mente videtur habuisse Doctrinam 3, 7: οὐ κολληθήσεται ἡ ψυχή σου μετὰ κτλ.,

---

1) Idem sentiunt Hilgenfeld (cf. p. II) et Cornely, Introductio in U. T. libros sacros I (1885), 215.

2) Cf. Harnack, *Die Lehre der zwölf Apostel* p. 275—282.

et 4, 1: τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μνησθήσῃ κτλ. [1]).

Bryennius quidem nonnullis assentientibus contendit, non Barnabam Doctrinam, sed huius auctorem illius epistulam exscripsisse, et Harnack hanc sententiam rectam esse inde probare conatus est, 1) quod difficulter quis crederet, Barnabam, si esset posterior, omnia dicta evangelica, praesertim 1, 3—6, et sectionem 3, 1—6 omisisse et ordinem sententiarum consentaneum, quem Doctrina exhiberet, plane turbasse; 2) quod non esset verisimile, Barnabam e capite XVI, quippe quod esset compilatio ex locis biblicis et traditione de Antichristo facta, eam sententiam elegisse, quae sola auctoris Doctrinae esse videretur; 3) quod Barnabas loco supra laudato finem mundi ante portam esse voce νῦν indicaret, cum in Doctrina haec vox deesset [2]). Sed etiam multo difficilius est ad credendum, scriptorem adeo sollertem, qui in describendis duabus viis ex rudi indigestaque mole, quam Barnabas dedisse ponitur, mira cum arte opus optime compositum efficeret, sententias fere omnes ab alio mutuatum esse et librum sic conscriptum insuper Doctrinam apostolorum vel Doctrinam Domini per apostolos gentibus traditam appellasse. Accedit, quod sententiae multae in Barnabae epistula eo modo digestae sunt, quo ab auctore ipso poni non potuerunt. Sententia Doctrinae 4, 12—13 apud Barnabam ita discerpta est, ut verba φυλάξεις, ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς μήτε ἀφαιρῶν vix comprehendi possint. Similiter quae Doctrina 4, 5—8 de officiis caritatis ergo proximum recte disposita exhibet, ea Barnabas (19, 8—11) ita divulsit, ut hunc esse compilatorem facile perspicias. Cum Doctrina 3, 9 porro mandata οὐχ ὑψώσεις σεαυτόν et οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος bene inter se coniungat, Barnabas (19, 3) ea iterum separat, alia eis intermiscens. Praeterea post οὐχ ὑψώσεις σεαυτόν addit: ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων κατὰ πάντα, quae verba glossam compilatoris esse neminem effugiat. Plures denique sententiae potius a Barnaba amplificatae quam ab auctore Doctrinae decurtatae esse videntur. Cf. inprimis Barn. 19, 1—2. Quae cum ita sint, reliquis argumentis, quae

1) Cf. *The Andover Review* VI, 95.

2) Cf. *Die Lehre der zwölf Apostel* p. 81—87; 287—88. *Die Apostellehre* p. 11—13.

potius ostendit, quomodo observandum sit, ut placeat Deo, scilicet ut homines ante omnia servent Dei mandata vel devitent peccata, cum alias ascesis illa nihil valeat. Cf. inprimis Sim. V, 3, 5. 6. Quod si consideraveris, rem ex contrario se habere te non fugiet. Hermas cum dicat accuratius de ascesi ieiunii, posterior habendus est et quidem eo potiore iure, cum alias quoque recentioris se esse temporis indicet, praesertim Mand. III de divortio in casu adulterii, de paenitentia in baptismo et post baptismum agenda ac de secundo matrimonio disserens [1]).

Iustinus quoque doctrinam sibi innotuisse indicat. Ex Apologia I, 61 quidem id non apparet, ut Zahn censuit [2]). Putavit enim vir doctus, verba, quae loco illo verbis Christi Ioann. 3, 3—5 et prophetae Iesaiae 1, 16—20 laudatis legimus: καὶ λόγον δὲ εἰς τοῦτο παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάθομεν τοῦτον, nonnisi de dicto aliquo apostolorum allegando, sive scriptura sive ore tradito, intellegenda esse, cumque dictum, quod ei annuntiatum esse videtur, non sequatur, vocem τοῦτον delet et verbum vel doctrinam, quam Christiani de hac re, scilicet de baptismo, ab apostolis accepisse dicuntur, de Doctrina apostolorum interpretatur. Mea quidem sententia textus traditus nequaquam adeo absonus est, ut mutandus sit [3]). Sin autem non illo, alio tamen loco apologeta notitiam Doctrinae apostolorum prodere videtur. Apol. I, 15—18 pauca quaedam ex Christi praeceptis commemoraturus, ut ipse dicit (c. 14), non solum plurima affert, quae Doctr. 1, 3—5 leguntur, sed mandatum amoris Dei c. 16 ita conceptum proponit, ut eum illam scripturam non respexisse vel in mente habuisse vix censere possimus. Postquam enim Matth. 4, 10 et Matth. 19, 39 vel potius Marc. 12, 29 commiscens scripsit: κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, addidit: κυρίον τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, i. e. eadem verba, quae Doctrina 1, 2 exhibet. Verba sane etiam in epistula

1) A. Link, *Christi Person und Werk im Hirten d. Hermas* 1886 p. 7—11, Hermam Similitudinem V scribentem etiamsi non Doctrinam ipsam, orationes saltem eucharisticas in ea contentas cognitas habuisse conicit.

2) *Zeitschrift für Kirchengeschichte* VIII (1885), 66—84.

3) Cf. *Theolog. Quartalschrift* 1887 p. 355—359.

Barnabae 19, 2 leguntur. Iustinus autem ea ex Doctrina deprompsisse putandus est, cum hanc alii quoque Iustini loci in memoriam revocent, cum verba plane eodem ordine afferat, quo Doctrina, Barnabas autem scribat: τόν σε ποιήσαντα, cumque scriptura illa haud dubie multo notior fuerit quam huius epistula.

Nec Tatianus nec Theophilus in testibus Doctrinae enumerandis silentio praetereundi sunt. Ille in Diatessaron [1]) dicta Evangeliorum Matthaei ac Lucae plane eodem modo inter se coniuncta exhibet quo auctor Doctrinae 1, 4 (cf. adnot.). Unde probabiliter colligitur, alterum legisse alterum. Posterior est autem haud dubie Tatianus, nisi forte versus 1, 3—2, 1 interpolati fuerint. De hac quaestione cf. infra c. V. Si enim particula non auctori principi, sed posteriori cuidam adiudicanda esset, interpolator a Tatiano dependere putari posset. Attamen res non esset plane certa. Teste Herma particula illa circa saeculum II medium iam exstabat. Dubitare autem licet, num Tatiani Diatessaron non postea sit compositum.

Theophilus Antiochenus in libro ad Autolycum II, 34 scribit: Deum humano generi legem dedisse ac sanctos prophetas misisse, qui unum Deum esse annuntiassent ac praeterea docuissent, ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς ἀθεμίτου εἰδωλολατρείας καὶ μοιχείας καὶ φόνου, πορνείας, κλοπῆς, φιλαργυρίας, ὅρκου ψεύδους, ὀργῆς καὶ πάσης ἀσελγείας καὶ ἀκαρθασίας, καὶ πάντα ὅσα ἂν μὴ βούληται ἄνθρωπος ἑαυτῷ γίνεσθαι, μηδὲ ἄλλῳ ποιῇ. Praecepta quidem prophetis attribuuntur, tam prope vero ad Doctrinam 1, 3 et 2, 2—3 accedunt, ut inde repetenda esse videantur. Aut fortasse ad usum aliquem baptismalem vel sponsionem referenda sunt, quam baptizandi emittebant? Hoc indicare videtur sermo coram baptizatis habitus, quem Caspari [2]) nuper e codice Montepessulano saeculi X vel XI edidit, in quo verba leguntur, quae verbis Theophili laudatis simillima sunt. Auctor enim dicit: Et postea dies quadraginta cum discipulis duodecim (filius Dei) est conversatus et docuit eos, ut adnuntiarent suam resurrectionem per omnes gentes et baptizarent eos in nomine

1) Cf. Zahn, *Forschungen zur Geschichte des neutestamentl. Kanons* I, 133 sq.

2) *Kirchenhistorische Anecdota* 1883 p. 193—202; cf. p. 197.

patris et filii et spiritus sancti in remissionem peccatorum, et praeciperent eis, ut recederent a vitiis diaboli, id est ab homicidio, a furto, a periurio, a fornicatione, ab ebrietate et omni vitio malo, et quod sibi non velint, alii non faciant. Sin autem ita est, Doctrina probabiliter habenda est fons, e quo formula illa fluxit.

Cum in secundo fragmento a Christ. Pfaff sub nomine Irenaei invento (Ed. Stieren I, 854) legatur, eos, qui ultimas apostolorum constitutiones assecuti sunt (οἱ ταῖς δευτέραις τῶν ἀποστόλων διατάξεσι παρηκολουθηκότες), Dominum novisse novum sacrificium in novo testamento instituisse secundum dictum Malachiae prophetae 1, 11, atque idem dictum in Doctrina 14, 3 allegetur, Bryennius in adnotatione ad hunc locum verisimile declaravit, δευτέρας illas τῶν ἀποστόλων διατάξεις eandem scripturam esse cum Doctrina apostolorum. Et recte quidem, si fragmentum est episcopi Lugdunensis. Cum autem dubium sit, ut Bryennius ipse sentit, an fragmentum Irenaeo sit attribuendum, sententia non est certa. Si verba illa libro alicui Irenaeo posteriori adiudicanda sunt, etiam ad Constitutiones apostolorum VII, 30 referri possunt.

Sin Irenaeum Doctrinam legisse probari nequit, Clemens Alexandrinus pluribus locis librum haud dubie respexit. Protrept. c. 10, 108 p. 85; Paedag. II, 10, 89 p. 223; III, 12, 89 p. 305 praeter adulterium vel fornicationem puerorum corruptionem tanquam peccatum in Lege vel a Mose interdictum allegat, certe Doctrinam 2, 2 ante oculos habens, ubi eadem leguntur, cum mandatum οὐ παιδοφθορήσεις in S. Scriptura desit. In libro Quis dives salvetur c. 29 similiter ac Doctrina 9, 2 de sanguine vitis David loquens se non solum primam, sed etiam secundam scripturae partem cognitam habuisse prodit. Strom. I, 20, 100 p. 377 denique, verba Doctrinae 3, 5 allegans, librum Scripturam nominat. Cf. adnot. ad locos laudatos. Probabiliter fragmentum quoque, quod in Nicetae catena in Matth. 5, 42 et in editionibus Clementis (Klotz IV, 69 sq.) sub huius nomine legitur, ad Doctrinam referendum est, etiamsi locus prope etiam ad Hermae Mandatum II, 4—5 accedit. Cf. loci supra p. X transcripti. Fragmentum autem hoc est: Ποιητέον ἐλεημοσύνας,

ἀλλὰ μετὰ κρίσεως καὶ τοῖς ἀξίοις, ἵνα εὕρωμεν ἀνταπόδομα παρὰ τοῦ ὑψίστου. Οὐαὶ δὲ τοῖς ἔχουσι καὶ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνουσιν ἢ δυναμένοις βοηθεῖν ἑαυτοῖς καὶ λαμβάνειν παρ᾽ ἑτέρων βουλομένοις· ὁ γὰρ ἔχων καὶ δι᾽ ὑπόκρισιν ἢ ἀργίαν λαμβάνων κατακριθήσεται.

Origenes Doctrinae notitiam prodit Hom. VI, 2 in Iudic. (De la Rue II, 471), ubi de eucharistia loquens similiter ac Clemens de sanguine dicit verae vitis, quae ascendit de radice David, quae verba ad Doctr. 9, 2 referenda sunt. Instar magistri Doctrinam etiam Scripturam appellasse videtur. De princip. III, 2, 7 enim, sine Deo nihil fieri probans, haud dubie Doctr. 3, 10 respiciens scribit: *Propterea nos docet Scriptura divina, omnia quae accidunt nobis tanquam a Deo illata suscipere, scientes, quod sine Deo nihil fit. Quod autem haec ita sint, id est, quod sine Deo nihil fiat, quomodo possumus dubitare, Domino et salvatore pronuntiante et docente: Nonne passeres* etc. Hos locos primi ad Doctrinam retulerunt Bornemann et Potwin [1]). Harnack ad Doctr. 1, 3 Hom. X in Lev. (De la Rue II, 246) contulit, ubi legimus: *Sed est alia ieiunandi ratio adhuc religiosa, cuius laus quorundam apostolorum litteris praedicatur; invenimus enim in quodam libello ab apostolis dictum: Beatus est, qui etiam ieiunat pro eo, ut alat pauperem;* ipse autem locum ad Doctrinam non esse referendum fassus est.

Eodem fere tempore auctor Canonum ecclesiasticorum scripturam in usum suum convertit, postea auctor Constitutionum apostolorum, de quibus infra egi.

Saeculo IV ineunte Doctrina usus est Lactantius. Divin. Instit. VI, 3—23 et Epit. div. inst. c. 59—60 non solum de duabus viis agit, sed in opere breviore Doctr. 1, 2 se legisse satis clare indicat exponens: primum iustitiae officium esse, Deum diligere ut patrem, qui nos genuit; secundum, hominem agnoscere velut fratrem; atque radicem iustitiae et omne fundamentum aequitatis esse illud, ut ne facias ulli, quod pati nolis, sed alterius animum de tuo metiaris, vel, ut Div. Inst.

---

1) *Theolog. Litteraturzeitung* 1885 p. 413. *The Independent*, 21. Jan. 1886. Cf. Schaff ed. II p. 304.

VI, 23 scribit, ut non facias alteri, quidquid ipse ab altero pati nolis. Epit. c. 61 denique de affectibus tractans scribit, ex ira, nisi intra terminos compressa fuerit, caedes et bella, ex libidine illicitos amores, adulteria et stupra oriri, quae verba similia sunt Doctrinae 3, 2—3. Sententiae sane etiam in Canonibus ecclesiasticis inveniuntur. Haud dubie autem Lactantius ea non ex hoc libro paullo ante confecto et minus noto, sed ex illo antiquiore et vulgatiore hausit.

Postea notitia Doctrinae invenitur in scripturis nonnullis, quae sub nomine Athanasii ad nos pervenerunt. Auctor tractatus De virginitate sive de ascesi c. 13 (Migne, P. Gr. t. 28 p. 266) Doctrinam 9, 3—4 exscripsit. Auctor Syntagmatis doctrinae ad monachos omnesque Christianos tam clericos quam laicos plures Doctrinae sententias transcripsit (Migne, P. Gr. t. 28 p. 833—46) [1]). Multo autem liberius egit quam Barnabas vel auctores Canonum ecclesiasticorum et libri VII Constitutionum apostolorum. Quare scripturam non verbotenus, sed eius summam tantum repeto, locos e Doctrina desumptos graece communicans.

Ut ex titulo apparet et scriptura quoque ineunte animadvertitur, auctor vitam describere vult, quam ecclesiae catholicae filios et potissimum anachoretas vel monachos agere oportet. Itaque postquam dixit, gratia nos salvos esse, gratiam autem filios suos filios esse et sapientiae et omnis boni operis peroptare, pergit scribens: Κύριον τὸν θεόν σου ἀγαπήσεις ἐξ ὅλης καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ πορνεύσεις, οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ διχοστατήσεις· ἀπέχου πνικτοῦ καὶ εἰδωλοθύτου καὶ αἵματος (D. 1, 2; 2, 2). Quae peccata dicit esse conspicua; alia minora videri, monacho vero nihilominus vitanda

1) Ad librum de virginitate primus Swainson (cf. Schaff p. 194) animum advertit, ad Syntagma doctrinae Harris in tractatu *The Teaching of the Apostles and the Sibylline Books* 1885 p. 15. Hanc scripturam nuperrime Revillout, *Journal Asiatique 7e. série* t. V (1875) p. 514 sq., illam Eichhorn, Athanasii de vita ascet. testimonia 1886 p. 15 sq. 17 sq., rationibus vero non sufficientibus, Athanasio adiudicabant. Editores Benedictini illam scripturam inter opera Athanasii dubia, hanc inter spuria recensebant. Cf. *Theol. Quartalschrift* 1887 p. 361—364.

esse, ante omnia commercium feminarum. Deinde φυλάττεσθαί τε μὴ εἶναι δίλογον, μὴ δίγνωμον, μὴ ψεύστην . . μὴ αὐθάδη (D. 2, 4. 5; 2, 3. 5. 6). Nec turpe dictum labiis proferendum esse nec iuramentum quodlibet (c. 1). Corpus non esse sine necessitate nudandum, neque festis gentilium communicandum neque sabbata custodienda: μὴ μαγεύειν, μὴ φαρμακεύειν, μήτε ἄλλο (lege ἄλλον) σοι ταῦτα πράττειν ἐπὶ νόσῳ ἢ πάθους ἀλγήματι· μὴ ἀπέρχεσθαι πρὸς ἐπαοιδόν, μήτε φυλακτήριον ἑαυτῷ περιτιθέναι, μήτε περικαθαίρειν, μήτε μὴν ταῦτά σοι ποιεῖν, μήτε ὑπὸ ἄλλου σοι γένηται (D 2, 2; 3, 4). Tum postquam auctor adhortatus est, ne quis haberet mulierem subintroductam neque cum haeretico vel gentili oraret (cf. D 8, 1. 2), uberius de ieiunio tractat, sic incipiens: μὴ παραβαίνειν νηστείαν, τουτέστι τετράδα καὶ παρασκευήν (D 8, 1), εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρησαι, χωρὶς Πεντηκοστῆς μονῆς καὶ τῶν Ἐπιφανιῶν. Deinde monens, ne quis conventus neglegat neque omittat adeuntium fratrum pedes lavare (c. 2), dicit: μὴ γίνου φιλάργυρος, μὴ αἰσχροκερδής, μὴ φιλοκτήμων, μὴ φιλόπλουτος· οἱ γὰρ τοιοῦτοι θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, . . ἀγάπα πάντα ἄνθρωπον, καὶ εἰρήνευε μετὰ πάντων, καὶ μεθ' ὧν οὐκ εὐχῃ, εἰ δυνατὸν τὸ ἐκ σοῦ, χώρις αἱρέσεως· ἔχων δὲ μεταδίδου τῷ μὴ ἔχοντι (D 3, 5; 2, 7; 4, 6). Denique postquam de usura non accipienda egit (c. 3), dicit c. 4: γίνου ταπεινὸς καὶ ἡσύχιος, τρέμων διὰ παντὸς τὰ λόγια τοῦ κυρίου (D 3, 8. 9). Haec verba ultima sunt, quae ex Doctrina apostolorum repeti possunt. Quae c. 6 sequuntur: πρῶτον μὲν τὰς ἀπαρχὰς τοῖς ἱερεῦσι πρόσφερε, ἔπειτα θέλε καὶ χήρας ἀναπαύειν καὶ ὀρφανοὺς καὶ λοιποὺς ἀπὸ δικαίων πόνων, Doctr. 13, 4—5 quidem in memoriam revocant. Propius autem verba ad Constitutiones apostolorum VII, 29 accedunt, quas auctor cognitas se habuisse etiam eo prodere videtur, quod c. 4 de capillis non nutriendis loquitur atque tanquam dictum apostoli verba allegat: μὴ ξυρῶ τὸ γένειον καὶ μὴ περικουρείοις χρῶ κειρόμενος (Constit. ap. I, 3, cf. I Cor. 11, 14).

Cum Syntagmate doctrinae prorsus fere consentit pars Fidei Nicaenae [1]) altera, cum pars scripturae prior professionem fidei

1) Auctorem huius scripturae Doctrina apostolorum usum esse primus vidit Orris, *The Independent*, Neo-Eboraci 1886 Aprilis 15.

contineat, et quidem symbolum Nicaenum pluribus additamentis adauctum, quorum postremo auctor Anthropomorphitarum doctrinam defendit (Migne, P. Gr. t. 28 p. 1836—44). Quae cum ita sint, paucis verbis sufficit exponere, in quantum haec scriptura ab illa discedat. Differentia autem haec est. Auctor Fidei Nicaenae non scribit: οὐ φονεύσεις, sed numero plurali utens: οὐ φονεύσωμεν κτλ.; post οὐ φαρμακεύσεις ponit mandata οὐ κλέψωμεν, οὐ ψευδομαρτυρήσωμεν (D, 2, 2. 3); pro ἀπέχου πνικτοῦ καὶ εἰδωλοθύτου καὶ αἵματος exhibet ἀπεχώμεθα πνικτοῦ καὶ αἵματος καὶ πλεονεξίας, addens: ὅρα, ἄνθρωπε, μήτις σε ἀπατήσει τῆς πίστεως ταύτης, ἐπεὶ παρεκτός σε θεοῦ διδάσκει (D 6, 1); inter μὴ ψεύστην et μὴ αὐθάδη inserit: μήτε ὀργίλον, μήτε πάροινον ἢ φιλάργυρον, μὴ ὑπερήφανον (D 3, 2. 5).

Quaeritur, quae ratio inter scripturas intercedat, num una ex altera, an ambae ex tertia ortum habeant. E communi fonte eas fluxisse censuit Warfield [1]) et initium scripturae principalis (vel Doctr. 1, 2—2, 2) ita restituit: Κύριον τὸν θεόν σου ἀγαπήσεις ἐξ ὅλης καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ πορνεύσεις, οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐ διχοστατήσεις· ἄπεχε πνικτοῦ [καὶ εἰδωλοθύτου] καὶ αἵματος [καὶ πλεονεξίας]. Revera si textus fideliter est traditus, iudicium illud ferendum est. Cum autem textus magnam suspicionem moveat, haud plane negaverim, Fidem Nicaenam ex Syntagmate profectam esse.

Saeculo VI exeunte denique Ioannes Climacus Sinaita Doctrinam 1, 4 respexisse videtur scribens: Εὐσεβῶν μὲν τὸ αἰτοῦντι διδόναι, εὐσεβεστέρων δὲ καὶ τῷ μὴ αἰτοῦντι, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ αἴροντος μὴ ἀπαιτεῖν, δυναμένους μάλιστα, τάχα τῶν ἀπαθῶν καὶ μόνων ἴδιον καθέστηκεν (Migne t. 88 p. 1029).

Tempore posteriore, ut iam cognovimus, plures quidem Doctrinae mentionem fecerunt, nonnulli autem ex eis librum iam non viderunt vel legerunt.

Priusquam autem ad aliam quaestionem progredimur, nobis investigandum est, num Pseudophocylidi atque auctoribus

---

1) *Journal of the Exegetical Society* 1886 p. 86—91.

Libri Iubilaeorum et Oraculorum Sibyllinorum Doctrina apostolorum innotuerit. Illius Sententiae sane sylloge praeceptorum moralium parti Doctrinae morali adeo similis sunt, ut Harris annuente Warfield [1]) non dubitet contendere, scripturam illam ab hac pendere atque Doctrinam esse quasi ratione metrica refictam. Sententia quidem omnino reprobanda est, si I. Bernays [2]) plerisque assentientibus nuperrime de scriptura pseudographa recte iudicavit, post Ptolemaeum Philometorem et ante Neronem sive saeculis I—II ante vel parte saeculi I priore post Christum natum a Iudaeo ad gentiles a Iudaeorum sacris non abhorrentes instruendos compositam esse censens. Doctrina apostolorum autem inventa res denuo inquirenda et ante omnia pars scripturae Doctrinae similis transcribenda est, ut lector facilius ipse iudicium ferre possit.

Ταῦτα δίκης ὁσίοισι θεοῦ βουλεύματα φαίνει
Φωκυλίδης ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος ὄλβια δῶρα·
μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα Κύπριν ὀρίνειν,
μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν·
5 μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν·
ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι·
ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν εἰς χάριν ἕλκε·
10 μὴ ῥίψῃς πενιὴν ἀδίκως, μὴ κρίνε πρόσωπον·
ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαια βραβεύειν.
16 Μηδ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνὼς μήτε ἑκοντί·
ψεύδορκον στυγέει θεὸς ἄμβροτος ὅστις ὀμόσσῃ.
22 Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μηδ' αὔριον ἔλθεμεν εἴπῃς·
πληρώσας σέο χεῖρ' ἔλεον χρῄζοντι παράσχου.

1) Harris, *The Teaching of the Apostles and the Sibylline Books* 1885. Cf. Schaff ed. II p. 299 sq. Warfield, *Journal of the Exeg. Society* 1886 p. 93. *The Andover Review* VI, 95.

2) *Ueber das Phokylideische Gedicht* 1856. Cf. *Gesammelte Abhandlungen* ed. Usener I, 192—261. Primi ad hanc scripturam cum Doctrina apostolorum comparandam animum adverterunt Usener l. c. p. V sq. et Sabatier, *La Didachè* p. 51.

28 Πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον·
ὧν τοι ἔδωκε θεός, τούτων χρήζουσι παράσχου.
30 Ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος καὶ ὁμόφρονα πάντα.
32 [Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθαι.]
42 Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
48 Μηδ' ἕτερον κεύθοις κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων·
μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶρον ἀμείβου·
πᾶσιν δ' ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.
149 Φάρμακα μὴ τεύχειν, μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.
153 Ἐργάζου, μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύῃς·
154 πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
183 Μηδὲ γυνὴ φθείροι βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός,
μηδὲ τεκοῦσα κυσὶν ῥίψῃ καὶ γυψὶν ἕλωρα [1]).

Addo versionem latinam, in margine dextera locos Doctrinae apostolorum similes indicans.

Numinis haec plenus monstrat caelestia dona
Phocylides, nulli cuius sapientia cedit:
Furtivam vita Venerem taedasque viriles. 2, 2.
Mitte dolos, servaque manus a sanguine puras.
5 Ne male ditescas, de iuste vive paratis;
Sis contentus eo, quod adest, aliena nec aufer.
Et verum loquitor, nunquam mendacia dicas. 2, 3.
Principio venerare Deum, cole deinde parentes. 1, 2.
Fac iuste cunctis, ne te favor abstrahat ullus. 4, 3.
10 Ne spernas inopem, aut personae deditus esto.
Iudicio si quem falles, Deus ipse rependet.
Sis testis verax, et ne non iusta loquaris. 2, 3.
16 Ne iusiurandum viola, nolensve volensve; 2, 3.
Nam Deus aeternum periurum quemlibet odit.
22 Des inopi cito, nec redeat cras ille iubeto. 1, 5.
Plena dona manu praebens, miseretor egeni.
28 Si tibi opes fuerint, his auxilieris egeno. 4, 6.
Pauperibus des inde, Deus tibi quae dedit olim.
30 Publica sunt vitae iura et concordia cuncta. 4, 8.
32 [Sanguine ne vescaris, idolothyta devites.] 6, 3.
42 Mater avaritia est cunctorum et causa malorum.

1) Cf. Poetae lyrici graeci rec. Th. Bergk ed. III. 1866 II p. 450 sqq. Versio est Viti Amerpachii, Poemata Pythag. et Phocyl. Basileae 1554.

48 Pectore ne claudas aliudque aliudque loquaris; 2, 4.
Neve ut per petras polypus muteris ubique;
Omnibus sis simplex; quae sentis corde, loquaris.
149 Nulla venena pares, magicos et defuge libros. 2, 2.
153 De proprio ut vivas, duros tractato labores; 12, 3.
154 Namque piger manibus vitam sustentat iniquis.
183 Nec mulier foetum tenerum corrumpat in alvo, 2, 2.
Nec partum canibus det vulturibusve vorandum.

Poema profecto complura cum Doctrina apostolorum communia habet. Nihilominus valde dubium est, num Pseudophocylides ex hac scriptura hauserit. Quae enim Doctrinae maxime propria sunt, in poemate non leguntur. Desideratur mentio viarum duarum, viae vitae ac viae mortis. Desiderantur tria mandata principalia. Locum mandati amoris Dei quidem praeceptum obtinet timoris Dei; sed hoc non prorsus idem est cum illo neque ex Doctrina, sed haud dubie ex S. Scriptura repetendum est; cetera mandata, mandatum amoris proximi ac regula quae dicitur aurea, plane desunt. Desideratur mandatum grave Doctr. 2, 7 et mandatum eximium Doctr. 3, 10. Desideratur omnino caput III Doctrinae totum et capitis IV pars maior, quamquam hic plures sententiae exstant, quas Phocylides non potuit praeterire, si id egit, ut scripturam in versus redigeret, quas vix omisisset, si eam cognitam tantum habuisset. Et si ea, quae in poemate desunt, Pseudophocylidi Doctrinam non innotuisse indicant, altera ex parte sententiae, quae in utraque scriptura leguntur, vix eiusmodi sunt, ut poeta eas ex Doctrina deprompsisse iudicandus sit. Quae vers. 3—8 leguntur, ex Decalogo repetenda sunt. Reliqua praecepta, ad iustitiam praecipue et caritatem ergo pauperes pertinentia, cum in tractatu de officiis hominum vix potuerint praeteriri, non urgere licet, nisi forte ita expressa fuerint, ut ratione certa ad Doctrinam possint referri. Quod non accidit. Fons potius principalis, e quo Pseudophocylides hausit, est Vetus Testamentum. In versu 22 etiam verbum S. Scripturae (Prov. 3, 28) repetiit. Cf. adnot. ad Doctr. 4, 7. Quae cum ita sint, Pseudophocylides Doctrinam non legisse videtur. Cumque in eius opere vestigia fidei chri-

stianae certa omnino desiderentur, ne Christianus quidem habendus est[1]).

Idem dicendum esse videtur de auctore Libri Iubilaeorum. Verba quidem, quibus Noe Iubil. XXVIII nepotes adhortatur, ut iustitiam operentur, creatorem benedicant colantque patrem et matrem, invicem se diligant animasque ab omni fornicatione et immunditia et omni iniustitia custodiant, atque monet, eos non in iustitia ambulare, sed in via perniciei, alium separari ab alio, mutua inter se invidia flagrare neque consentire[2]), paene propius ad Doctrinam (1, 2; 2, 2; 3, 2; 4, 3) accedunt quam verba Pseudophocylidis. Attamen non adeo cum hac scriptura conveniunt, ut ex ea derivari possint, eoque minus ad hanc referenda sunt, cum auctor Libri Iubilaeorum, si non omnia fallunt, Iudaeus fuerit.

Ad Oracula Sibyllina transeuns praetermitto II, 56—148, ubi omnes fere Pseudophocylidis versus leguntur, quos supra exhibui, cum locus ex huius opere transcriptus sit[3]). Quaeritur autem, num aliquot versus libri III e Doctrina repetendi sint, scilicet:

36 [Αἴ] γένος αἱμοχαρές, δόλιον, κακόν, ἀσεβέων τε
ψευδῶν ἠ διγλώσσων καὶ κακοηθῶν ἀνθρώπων,
λεκτροκλόπων, εἰδωλολατρῶν, δόλια φρονεόντων,
οἷς κακὸν ἐν στέρνοισιν ἔνι μεμανημένος οἶστρος,
40 αὐτοῖς ἁρπάζοντες, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες.
86 Καὶ πόλον οὐράνιον καὶ ἤματα καὶ κτίσιν αὐτήν
εἰς ἓν χωνεύσει καὶ εἰς καθαρὸν διαλέξει.

Loco priore quidem plura leguntur, quae Doctrina 2, 2—6 exhibet. Hic locus Doctrinam 16, 5 in memoriam revocat. Neuter tamen eiusmodi est, ut Oracula Sibyllina a Doctrina pendere iure concludi possit. Si peccata hominum enumerantur, fieri non potest, quin scriptores plus minus conveniant. Similiter alii loci rem in dubio relinquunt, scilicet II, 167 (cf. Doctr.

1) Harnack, *Dogmengeschichte* I, 105, poema nuperrime Christiano attribuit, sententiam vero non probavit.

2) Cf. *Jahrbücher der biblischen Wissenschaft* ed. Ewald II, 248. Gottingae 1354. Warfield de loco agit in *Journal of the Exeg. Society* 1886 p. 95—98.

3) Oracula Sibyllina ed. I. H. Friedlieb 1852 p. 32—36.

16, 4), II, 253—256 (D 16, 5), IV, 164 (D 7, 1), VIII, 399 (D 1, 1).

V.

Quaeritur autem, num scriptura codice Constantinopolitano tradita eadem sit cum ea, quam testes modo laudati legerunt. Plures enim iudicaverunt, praeter scripturam nostram aliam Doctrinam apostolorum exstitisse, vel Doctrinam nostram non esse primam, sed ex priore, eaque fortasse iudaica, factam, quae nonnisi capita I—VI sive doctrinam duarum viarum vel paullo plus amplexa esset. Sententiae vero pauca favent, plura adversantur. Veteres non solum partem scripturae priorem, sed etiam alteram testantur. Barnabas praeter capita I—V verba Doctrinae 16, 2—3 exscripsit; Clemens et Origenes respexerunt 9, 2, Pseudoathanasius 9, 3—4, Pseudocyprianus 14, 2; compilator Canonum apostolorum 12, 3 (cf. adnot. ad h. l.) notitiam Doctrinae 10, 3 prodit; auctor libri VII Constitutionum apostolorum scripturam totam explicuit. Certum est igitur, Doctrinam iam tempore antiquissimo universam exstitisse, et si res ita se habet, valde nobis cavendum erit, ne sine rationibus vere idoneis ex testimoniis veterum aliam scripturae recensionem colligamus. Profecto patres testes Doctrinae nostrae haberi possunt [1]).

Ante omnia Eusebius et Pseudocyprianus [2]) de Doctrinis apostolorum loquentes se aliam scripturam cognovisse ac nostram non probant, cum haec secundum doctrinas, quas exhibet, facillime etiam numero plurali appellari potuerit. Neque inde, quod locus a Pseudocypriano laudatus cum textu Doctrinae nostrae non prorsus consentit, hunc scriptorem alium textum legisse sequitur. Summam loci saltem ad scripturam

1) Cf. quae de integritate scripturae (excepta particula 1, 3—2, 1) Warfield disputavit contra Mc Giffert in *The Andover Review* VI, 91—96.

2) Argumenta, quae in sequentibus refutantur, proponuntur in *Jahrbücher für protestantische Theologie* 1886 p. 302—311. Chiapelli, *Studii* 1887 p. 118—148, integritatem Doctrinae similibus argumentis impugnavit censuitque praeterea, capita I—VI a Christiano e Iudaeis, capita VII—XVI a Christiano e gentilibus composita, utramque scripturam saeculo primo exeunte exaratam, postea autem, non dicit quo tempore, alteram cum altera coniunctam fuisse.

nostram referendam esse facile tibi persuades, si locos utriusque scripturae inter se comparas, quare hic transcribantur:

| | |
|---|---|
| Si quis frater delinquat in ecclesia et non paret legi, hic non colligatur, donec paenitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et inpediatur oratio vestra. | D. 4, 14: Ἐν ἐκκλησίᾳ ἐξομολογήσῃ τὰ παραπτώματά σου. 14, 2: Πᾶς δὲ ὁ ἔχων τὴν ἀμφιβολίαν μετὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ μὴ συνελθέτω ὑμῖν, ἕως οὗ διαλλαγῶσιν, ἵνα μὴ κοινωθῇ ἡ θυσία ὑμῶν. 15, 3: καὶ παντὶ ἀστοχοῦντι κατὰ τοῦ ἑτέρου μηδεὶς λαλείτω, . . ἕως οὗ μετανοήσῃ. |

Plus autem a Pseudocypriano postulari non potest, cum in scripturis laudandis omnino non sit diligens. Quae enim ex Pauli epistulis ad Timotheum, verba utriusque epistulae coniungens eisque alia intermiscens, et ex aliis scripturis allegat, a verbis apostoli ceterorumque scriptorum vix minus discrepant, quam verba supra citata a Doctrina. Pauci tantum loci exscribantur.

| De aleatoribus. | Pauli epp. ad Timotheum I. II. |
|---|---|
| 4. Apostolus idem Paulus commemorat, quando ad Timotheum docendum . . dicens: O Timothee fili, commendatum serva; noli spernere donum, quod in te est per impositionem manuum seniorum: accingere fortiter et viriliter age, ministerium tuum cum integritate persupple: esto ceteris in bonis exemplum. Nemo tibi contradicat, nemo iuventutem tuam contemnat: peccantem coram multis argue, ut et ceteri metum habeant, et ne communicaveris peccatis alienis. | I, 6, 20: Ὦ Τιμόθεε, τὴν παραθήκην φύλαξον. 4, 14: μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. II, 4, 5 (cf. I Cor. 16, 13): σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσιν, κακοπάθησον, . . τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. I, 4, 12: μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, ἀλλὰ τύπος γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ κτλ. 5, 20: τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσιν. 5, 22: μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. |
| 9. Et apostolus beatissimus Paulus similiter dicit: Videte fratres, ne configuremini huic saeculo et pompis et deliciis et voluptatibus eius, sed continete vos ab omni iniustitia saeculi. | Rom. 12, 2: Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ. Iac. I, 27: ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. |
| 10. Et Ioannes apostolus dicit: Omnis, qui peccat, non est de Deo, sed de diabolo est: et scitis, quoniam ideo venturus est filius Dei, ut perdat filios diaboli. | I Ioann. 5, 18. 20: Οἴδαμεν, ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ οὐχ ἁμαρτάνει . . . Οἴδαμεν δέ, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν. |

Athanasius quidem fortasse non de scriptura tota, sed de parte tantum locutus est, Doctrinam catechumenis praelectam fuisse tradens, cum non scriptura universa, sed capita I—VI sola ad proselytos instituendos apta essent. Res vero nequaquam certa est. Pars una quoque scripturae, modo ad catechumenos erudiendos revera idonea fuit, praelegi poterat, altera autem praetermitti. Ceterum minime omnino nego, Athanasium exemplar decurtatum ante oculos habuisse. Ob usum commodiorem facile fieri potuit, ut capita sex priora sola transcriberentur. Similiter eam Pastoris partem solam, quae ad catechumenos instruendos apta erat, transcriptam esse inde sequi videtur, quod Athanasius Mandatum I initium libri Hermae appellat[1]). Praeterea Nicephorus probare videtur, exemplaria eiusmodi decurtata tempore posteriore profecto circumlata esse. Numerus ducentorum stichorum, quos Doctrinae attribuit, sane ad capita I—VI, neque vero ad scripturam totam quadrat, id quod hoc modo perspicies. Si numeros linearum, quas in editione Hilgenfeldiana epistulae Barnabae et Clementis obtinent, cum numeris stichorum Nicephori comparaveris, illos circiter dimidiam horum partem esse animadvertes[2]). Itaque si eandem rationem in Doctrina statuimus, stichos 480 exspectare licet, cum scriptura in editione Hilgenfeldiana lineas 240 habeat. Capita Doctrinae sex priora autem in eadem editione lineas 100 obtinent, capita VII—XVI lineas 140, et inter hos numeros eadem ratio intercedit atque inter numeros 200 et 280 (= 480). Itaque, si quidem numeri stichorum a Nicephoro traditorum fide digni sunt, vix dubium est, Nicephorum de parte vel de capitibus I—VI Doctrinae locutum esse. Testis autem partis scripturae minime iam testis alius recensionis habendus est, praesertim cum de scriptura dicat, cuius altera pars diu ante eum exstitit, atque de ea parte, quam ab altera separatam et solam transcriptam esse facillimum est intellectu.

Quae cum ita sint, nec Rufinus aliam scripturam manibus tractasse putandus est, si Doctrinam, quod autem minime

1) Cf. Larsow, *Die Festbriefe des h. Athanasius aus dem Syrischen übersetzt* 1852 p. 117.

2) In mea editione numerus paullo maior est.

constat, Duas vias appellavit. Accedit, quod ex hoc titulo ne id quidem colligi potest, Rufinum capita Doctrinae sex priora tantum cognita habuisse. Cum scriptura incipiat verbis: Duae viae, illo nomine haud dubie designari potuit, etiamsi praeter doctrinam duarum viarum plura alia continebat.

Nonne autem recensiones doctrinae duarum viarum reliquae eiusmodi sunt, ut ab exemplari nostro derivari nequeant? Plures hoc iudicium tulerunt. Argumenta vero, quae attulerunt, non satis firma esse videntur.

Barnabae epistula ab aliis recensionibus omnibus tantopere discedit, ut nobis valde cavendum sit, ne nimium ex eius textu colligamus. Ordo sententiarum prorsus turbatus est; multae sententiae, inprimis Doctr. 1, 2—2, 1 et 3, 1—6, omissae, nonnullae additae sunt. Ne propositio principalis quidem vel tria mandata, quae omnes recensiones in exordio exhibent, intacta relicta sunt; tertium mandatum plane omissum est, duo alia ubique coniuncta a Barnaba discerpta, secundum insuper mutatum.

Expositio duarum viarum, quae in Canonibus ecclesiasticis legitur, particula exigua excepta, tam prope ad Doctrinam 1, 1—4, 8 (plura non sunt transcripta) accedit, ut eius auctor hanc, non aliam similem scripturam manibus tractasse iure existimetur, praesertim cum 12, 3 partem Doctrinae posteriorem quoque se legisse indicet. Idem dicendum est de Doctrina latina. Quae enim haec praeter textum nostrum graecum continet, ea haud dubie non auctori scripturae principi, sed posteriori attribuenda sunt, qui ea cum ex epistula Barnabae deprompsit tum ex suo ingenio addidit. Auctorem denique Constitutionum apostolorum non aliam recensionem quam codicis Constantinopolitani legisse inter omnes constat.

Unum tantum quaeritur, num exemplaria, quibus Barnabas, auctor Canonum ecclesiasticorum et interpres latinus usi sunt, Doctrinam 1, 3—2, 1 continuerint, quam particulam omnes pariter omiserunt, vel particula illa genuina sit. Barnabas quidem in hac re non multum probat. Ut tertium mandatorum principalium, ne de Doctrina 3, 1—6 dicam, ita particulam sequentem praeterire potuit. Idem fere de auctore Syntagmatis

doctrinae dicendum est, qui non tantum Doctrinae transcripsit, ut eam particulam non legisse cum certitudine contendere possimus. Neque testes reliqui, nisi uterque eandem particulam omitteret, difficultatem pararent maiorem. Auctor Canonum ecclesiasticorum cum doctrinam duarum viarum non integram transcriberet, sed non solum descriptionem viae mortis, sed etiam finem expositionis viae vitae praeteriret, in exordio quoque nonnullas sententias omittere potuit. Doctrina latina, in quantum fragmentum nobis servatum iudicium ferre sinit, non est versio pura. Plura exhibet additamenta, sive ab auctore exemplaris graeci sive ab interprete latino facta, et si nonnulla textui genuino adiecta sunt, nonne particulam etiam praetermissam esse cogitare licet? Cum autem testes in eadem re conveniant, non sunt contemnendi, ac revera quaeritur, num particula ab auctore Doctrinae profecta sit.

Particulae authentiam plures viri docti in dubium vocaverunt, Krawutzcky, Hilgenfeld, Holtzmann, Gordon, Warfield, Mc Giffert [1]), Bratke, nuperrime etiam Harnack, atque considerans particulam in eis scripturis deesse, quae in Aegypto exortae esse videntur, in eis vero legi, quorum patria Syria vel Palaestina est, Warfield descriptiones viarum duarum hucusque cognitas in duas familias divisit, aegyptiacam et syriacam [2]).

1) Mc Giffert in *The Andover Review* V, 430—442 etiam particulam 3, 1—6 et caput VI Doctrinae principali abiudicat. Barnabas vero, qui solus illam particulam omisit, testibus ceteris omnibus contradicentibus nihil probat. Similiter de authentia capitis VI, quippe quod praeter codicem Constantinopolitanum ab auctore Constitutionum apostolorum et a Pseudo-Athanasio distincte agnitum sit, vix dubium exoriri potest. Cf. quae disputavit Warfield ibid. VI, 90—91.

2) In Bibliotheca Sacra 1886 p. 106 et in *The Andover Review* VI, 88 Warfield hoc stemma composuit:



Et si verba δευτέρα δὲ ἐντολὴ τῆς διδαχῆς 2, 1 ita intellegenda essent, ut interpretes hucusque voluerunt, scilicet de mandato amoris proximi, particula vix genuina declarari posset. Si enim interpretatio illa recta esset, verba τούτων δὲ τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη de mandato amoris Dei explicanda essent, quam interpretationem falsam esse ex sequentibus evidenter apparet, cum dicta evangelica, quae postea proponuntur, non tam ad amorem Dei quam ad amorem proximum pertinent. Attamen verba δευτέρα ἐντολή nequaquam de amore proximi sumenda sunt; denotant potius aliam explicationem mandatorum principalium indicantque eam viae vitae expositionem, quam Dominus Matth. 19, 18 ipse dedit.

Ex rationibus ergo quas dicunt intrinsecis particula non interpolatio habenda est. Rationes vero extrinsecae authentiae loci non minus favent quam adversantur. Particula quidem apud testes laudatos desideratur. Eam vero antiquissimam esse, non solum liber VII Constitutionum apostolorum testatur, in quo simili modo ac reliqua scripturae pars recepta est, sed etiam Hermas Pastoris auctor, qui Doctrinam 1, 5 exscripsit. Probabiliter verba Clementis Alexandrini quoque supra p. XV laudata ad hunc locum referenda sunt. Si particula autem iam ante saeculum II medium lecta fuisse videtur, si ab eo teste certe agnoscitur, qui primus ac solus totam de duabus viis doctrinam transcripsit, cum ceteri, Latino fortasse excepto, eius partem tantum exhibeant, iure meritoque quaerimus, nonne potius auctori quam interpolatori adscribenda sit. Fieri sane potuit, ut particula ab alio in scriptura insereretur. At fieri quoque potuit, ut mox in exemplari aliquo casu evanesceret, si forte Doctrina cum aliis scripturis in uno volumine coniuncta in altera folii pagina ita incipiebat, ut locus folium sequens expleret, quod deperditum fuisse conicere licet [1]), vel ut a librario vel a testibus laudatis praetermitteretur, et si consideravero, quod modo dixi, testes maiorem minorem Doctrinae partem neglexisse, hoc mihi verisimilius esse videtur. Omitti autem potuit, quod testes

1) Sic Gebhardt in editione Harnackiana maiore p. 279—282 omissionem particulae explicare studuit.

illi scripturam decurtare voluerunt quodque mandata, quae particula continet, minus ad catechumenos quam ad Christianos perfectos pertinere putari potuerunt.

Si particula, de qua agimus, genuina est, causa principalis est inanis, qua adducti formam Doctrinae codice Constantinopolitano traditam non ab auctore scripturae ipso exortam esse nonnulli contenderunt, atque ratio inter diversas doctrinae de duabus viis descriptiones intercedens sic exprimenda est:




Quomodocunque autem haec res se habet, sive Doctrina ab auctore talis confecta est, qualis nunc legitur, sive plus minus diversa, haud dubie ei falluntur, qui censent, partem scripturae priorem apud Iudaeos ad erudiendos proselytos confectam, postea vero a Christianis sententiis evangelicis, inprimis eis, quae Doctr. 1, 3—5 leguntur, auctam atque partem alteram adiectam fuisse[1]). Etiamsi enim particula 1, 3—2, 1, verba ἐπεὶ οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν 3, 7 ac nonnulla alia delentur, tamen vestigia fidei christianae luculentissima in scriptura remanent, ita ut religio auctoris non sit dubia. Ante omnia exordium (1, 2) ex Novo Testamento repetendum est. Hoc enim mandata

---

1) Primi hanc sententiam proposuisse videntur Massebieau, in *Revue de l'histoire des Religions* 1884 p. 168 partem scripturae nostrae priorem doctrinam exhibere iudicans, quae prius ad proselytos iudaicos quam ad catechumenos christianos erudiendos adhibita esset, et Lightfoot in *The Expositor* 1885 p. 8 coniciens, Barnabam et auctorem Doctrinae apostolorum doctrinam de duabus viis exponentes ex scriptura aliqua iudaica hausisse. Postea similiter senserunt Taylor, *The Teaching of the Tw. Ap. with illustrations from the Talmud* p. 21 sq., scripturam iudaicam ad saeculum ante vel post Christum natum primum referens; Harris, *The Teaching of the Ap. and the Sibylline Books* p. 25; Harnack, *Die Apostellehre und die jüdischen beiden Wege* p. 27 sqq. Harnack p. 52—59 etiam textum scripturae iudaicae restituere conatus est et p. 32 hoc stemma construxit:

amoris Dei ac proximi, quae in illo leguntur, coniungit eaque praeterea vocibus πρῶτον et δεύτερον inducit, cum Vetus Testamentum his vocibus non utatur et mandata diversis locis exhibeat. Quibus mandatis auctor regulam quam dicunt auream addit et quidem ita expressam, ut ipsam quoque e Novo Testamento deprompsisse putandus sit. Nec vero hoc solum originem scripturae christianam probat, sed etiam alia res. Quomodo Iudaeus, si Doctrinam composuisset, fecisset exordium, testis est Pseudophocylides, qui eodem fere loco, quo Doctrina mandata tria principalia proponit, modo mandata V—X Decalogi praemittens, lectorem adhortatur, ut primum Deum honoret, deinde parentes. En Christianus et Iudaeus! Ille a mandatis illis proficiscitur, quae Iesus Christus Matth. 7, 12; 22, 37—39 summam legis ac prophetarum declaravit; hic a praeceptis Decalogi atque eis praesertim, quae in tabulis legis Veteris Testamenti primum locum obtinent. Porro auctor 2, 2 scripsit haud dubie respiciens Matth. 19, 18. Deinde 5, 1 quinque peccata commemorantur, quae, et quidem in eodem ordine, quamquam nonnulla alia intermiscens, Matthaeus 15, 19 enumerat. Quae denique 2, 7 de amore proximi et 4, 10 de vocatione hominum dicuntur, ea certe doctrinam evangelicam, neque vero iudaicam sapiunt. Haec ad sententiam illam refutandam hic sufficiunt. Nonnulla aliae ori-

---



ginis christianae indicia inveniuntur in notis ad 2, 6; 3, 1—2; 5, 1—2 [1]).

## VI.

In tempore Doctrinae definiendo id inprimis agitur, num Barnabas et Hermas eam cognitam habuerint, an huius auctor Barnabae epistula et Hermae Pastore usus sit. Si illud accidit, tempus epistulae Barnabae est terminus ad quem; sin hoc, eadem epistula vel potius Pastor est terminus a quo.

Editor princeps, Doctrinam illarum scripturarum fontem esse censens, eam annis 120—160 adscripsit, et plures eum secuti sunt, quamquam de tempore non plane eodem modo iudicaverunt. Harnack [2]) scripturam ad annos 120 (140)—165 retulit, Bonet-Maury [3]) partem priorem ad a. 130—140, alteram ad a. 150—160. Volkmar [4]), scripturam seditione Iudaeorum duce Barkochba exorta confectam esse censens, eam annis 133—135 adiudicavit. Cum autem hi viri scripturam paullo post Hermae Pastorem vel epistulam Barnabae exaratam esse putent, nonnulli eam tempori etiam recentiori attribuerunt. Krawutzcky [5]) eam circa annos 190—200 et quidem a Theodoto seniore vel coriario conscriptam esse iudicavit. Long [6]) et Cotterill [7]), Doctrinam sine dubio false posteriorem putantes Constitutionibus apostolorum, de quarto saeculo locuti sunt, Nelson [8]) etiam de saeculo quinto vel sexto.

Equidem iam supra demonstrasse mihi videor, Doctrinam Barnabae epistula priorem esse. De tempore huius scripturae

---

1) Cf. quae de hac re disputavi in *Theologische Quartalschrift* 1887 p. 281—289. Sententiam etiam Hilgenfeld reprobavit in *Zeitschrift für wiss. Theologie* 1887 p. 118.

2) *Die Lehre der zwölf Apostel* p. 158—170. Hanc sententiam probabiliorem habet Meyboom, *Theologisch Tijdschrift* 1885 p. 630, dubitat vero de integritate Doctrinae.

3) *La doctrine des douze apôtres* 1884 p. 34—36.

4) *Die Lehre der zwölf Apostel* 1885 p. 44.

5) *Theolog. Quartalschrift* 1884 p. 585.

6) *Baptist Quaterly* 1884 Jul.—Sept. Cf. Schaff p. 152.

7) *The Scottish Church Review* 1884 Jul.—Sept.

8) *Proceedings of Am. Philol. Assoc.* 1884 Jul.

non omnes quidem iudicium idem ferunt. Nonnulli anno demum 120 fere, alii iam circa annos 70—80 eam exaratam esse censent. Mea sententia epistula Nerva imperatore vel saeculo I exeunte scripta est. Cf. quae infra de epistulae tempore disputavi. Sin res ita se habet, Doctrina apostolorum ante finem saeculi I exorta est. Quot autem annis antea confecta sit, accurate definiri nequit, et alii aliter iudicaverunt.

P. Sabatier [1], considerans ritus baptismi et eucharistiae simplicissimos, munera ecclesiastica praeter ac iuxta charismata exoriri incipientia atque characterem ut putat iudaicum, Doctrinam iam saeculo I medio conscriptam esse putat. Quomodo, inquit, saeculo I exeunte liturgia tam simplex constitui potuit? Quomodo scriptura hoc tempore confecta non mentionem fieri explicandum est litterarum commendatitiarum, neque uxorum, quae tum temporis rebus ecclesiasticis tantopere studebant, neque osculi pacis neque aliarum rerum, quas in libro eiusmodi exspectare licet? Quomodo autem, inquam ego, his argumentis prorsus fere negativis scriptura ad saeculum I medium referenda est? Nonne insuper quaedam indicia tempus posterius dilucide produnt, praesertim ea, quae de apostolis et Christianis aliis recipiendis (10, 4. 5; 12) et de prophetis diiudicandis (10, 7—12) dicuntur, ac notitia librorum Novi Testamenti, quam auctor habuisse videtur? Locos omnes, quos e S. Scriptura repetimus, e traditione orali haustos esse minime est verisimile. Quae Sabatier denique de muneribus ecclesiastis dixit, ea vix recta sunt. Ex capite XV nequaquam apparet, ecclesiam, in qua Doctrina exorta est, charismata tantum cognita habuisse neque vero ordines ecclesiasticos. E contra auctor ecclesiis simpliciter praecipiens, ut episcopos et diaconos eligant, hos ordines non suo tempore constitutos esse, sed iam aliquamdiu exstitisse satis clare indicat. Alioquin ei accuratius de muneribus agendum erat.

Cornely [2]) inde, quod auctor, semper de Evangelio (15, 3) vel de Evangelio Domini (8, 2; 15, 4) loquens, unum tantum

1) *La Didachè* 1885 p. 159—159.
2) Introductio in U. T. libros sacros I, 214.

Evangelium cognitum ei habuisse videbatur, quodque de doctorum et prophetarum munere extraordinario agit, quod post apostolicam aetatem omnino disparuisset, Doctrinam paullo post saeculum I medium exortam esse conclusit. Quam sententiam München [1]) eo confirmari censuit, quod omnes loci, qui in Doctrina tanquam dicta Evangelii vel Domini afferuntur, praeter laudatos 9, 5; 14, 3 (Malach. 1, 11. 14) et 15, 7 (Zach. 14, 5), ut putat, in Evangelio Matthaei leguntur, et scripturam potius ante quam post annum 70 confectam esse iudicavit. Sed illo modo auctor etiam aliquamdiu postquam Evangelium Lucae iam compositum erat, loqui potuit. Deinde nequaquam omnia dicta Domini, quae in Doctrina allegantur, in Evangelio Matthaei inveniuntur; nam dicta Malachiae et Zachariae, quorum alterum distincte tanquam verbum Domini inducitur, in hoc Evangelio, nisi fallor, non repetuntur. Denique, id quod maximi momenti est, ne dicam certum, saltem verisimillimum est, auctorem Evangelium Lucae cognitum habuisse. Cf. adnot. ad 1, 3. 4 et infra caput IX.

Bestmann [2]) perspexisse sibi visus est, Doctrinam esse professionem fidei, quam Hierosolymis deletis Christiani e Iudaeis Antiochiae Christianis e gentilibus proposuissent cuique hi a. 79 epistulam Barnabae opposuissent. Ad idem fere tempus (annos 70—76) scripturam retulit Nirschl [3]), eam velut editionem auctam partis epistulae secundae vel moralis Barnabae apostolo attribuens, quem anno 76 mortuum esse putat. At rem magis affirmaverunt quam demonstraverunt. Doctrina praeterea a Barnabae epistula tantopere discrepat, ut eidem auctori sine argumentis gravissimis adiudicari nequeat.

Equidem librum iam circa annum 80 fortasse exortum esse haud nego. Attamen eum profecto hoc tempore exaratum esse non audeo dicere, cum rationes tempori tam accurate definiendo desint. Id solum certum esse videtur, librum Barnabae epistula

1) *Zeitschrift f. kath. Theologie* 1886 p. 643—73. Similiter Majocchi, *La Dottrina* p. 10—16, scripturam apostolis adhuc viventibus compositam esse conicit.

2) *Geschichte der christlichen Sitte* II, 136—153.

3) *Litterarischer Handweiser* 1884 p. 400. *Lehrbuch der Patrologie* III, 643.

priorem itaque aliquamdiu ante finem saeculi I scriptum esse. Eiusdem sententiae sunt vel Doctrinam adscribunt annis 80—100 vel 120, ad quem annum nonnulli epistulam Barnabae referunt, inter Germanos praecipue Th. Zahn (a. 80—120), Petersen, J. Langen, Aberle, G. Lechler, G. Bickell, quibus adnumeretur C. P. Caspari Christianiae docens, natione Germanus; inter Gallos L. Massebieau, E. Ménégoz; inter Anglos Romestin, Farrar (circa annum 100), Lightfoot (a. 80—120), I. Wordsworth, C. Spence, qui insuper Simeonem episcopum Hierosolymitanum auctorem scripturae declarare conatus est; inter Americanos Potwin, Hitchcock (haud procul ab anno 100), Ph. Schaff (a. 90—100); inter Italos Chiapelli [1]). Commemorandi sunt hoc loco etiam Arnold, qui de tempore scripturae quidem similiter sentit ac Volkmar eamque decennio saeculi II quarto adscribit, nihilominus eam et Barnabae epistula et Pastore Hermae priorem iudicat [2]), atque B. Warfield, qui formam Doctrinae codice Constantinopolitano traditam ad tempus posterius refert, altera ex parte vero minime dubitat, Barnabam ex Doctrina duarum viarum iam exsistente hausisse, non vice versa.

Doctrinam saeculo I exeunte, non postea exortam esse etiam rationes intrinsecae probant. Scriptura tota antiquitatem sapit maximam. Quae de cultu et constitutione ecclesiae dicuntur, ea tam simplicia sunt, ut in saeculum II vix quadrent. Vox ἐμπλησθῆναι 10, 1 indicare videtur, eucharistiam adhuc cum agape coniunctam celebratam fuisse, cum certe iam saeculo II ineunte, si non prius, ab ea separata esset. Eo modo, quo auctor 15, 1, nonnisi scriptores antiquissimi episcopos et diaconos tanquam ministros ecclesiae commemorant. Altera ex parte quae 11, 7—12 et 13, 1—7 de prophetis leguntur, difficulter ad saeculum II referenda sunt. Etiamsi enim saeculo II ineunte prophetae christiani nondum evanuerant, attamen eorum numerum satis exiguum fuisse testantur Clemens Romanus, Ignatius et

1) Tituli librorum vel tractatuum ab his viris compositorum infra c. XI leguntur.

2) *Zeitschrift für Kirchenrecht* 1885 p. 407—454. Cf. inprimis p. 436—438; 445—54.

3) Bibliotheca sacra 1886 p. 101 not. 2.

Polycarpus, in epistulis suis eorum omnino non mentionem facientes, cum Doctrina praecepta dans ad prophetas pertinentia eos adhuc crebriores fuisse annuat. Cf. adnot. ad 9; 11, 7; 15, 1. Falsae doctrinae auctori quidem iam cognitae sunt (cf. 6, 1; 11, 1. 2); nusquam autem haereses certae commemorantur. Modus quoque, quo auctor S. Scriptura usus est, magis ad saeculum I exiens quam ad saeculum II convenit. Non solum paucas tantum Novi Testamenti scripturas in usum suum convertit, sed etiam S. Scripturam nonnisi raro proprie allegat, et si verba ex illa deprompta esse indicat, formulas incertas adhibet, quae apud scriptores antiquissimos usitatiores, apud posteriores autem rariores sunt. Omnes loci biblici tanquam dicta Scripturae (1, 6; 16, 7) vel Evangelii vel Domini (8, 2; 9, 5) inducuntur; dictum Malachiae quoque Domino attribuitur (14, 3).

At nonnulli vestigia haeresum saeculi II vel alia huius temporis indicia in libro invenire sibi visi sunt. De haeresibus in capite VIII dicetur. Quod autem ad alia temporis recentioris indicia adtinet, Harnack[1]) librum non ante Hadrianum vel annum 117 confectum esse inde praesertim colligere voluit, quod in ordine apostolorum et prophetarum iam magna corruptio appareret, ad sustendandam prophetarum auctoritatem ecclesiis praecepta singularia darentur (11, 7), auctor iam generationem prophetarum christianorum decessisse proderet et Evangeliis Matthaei et Lucae usus esse videretur. At Pauli tempore iam res eo evenerunt, ut apostolo II Cor. 11, 13 de pseudoapostolis, operariis subdolis, dicendum esset, et si circa annum 56 ita erat, vitia, quae Doctrina c. 11 commemorat, usque ad finem saeculi I certe in rem publicam christianam irrepere potuerunt. Neque ἀρχαῖοι προφῆται (11, 11), sin aliter prophetae christiani habendi sunt, testes saeculi II putentur oportet. Similiter Clemens Romanus I, 44, 3 generationem presbyterorum iam mortuorum cognitam habuit. Idem tandem pater non solum Evangelium Matthaei, sed etiam Evangelium Lucae legisse videtur. Illis itaque argumentis Doctrina eo minus saeculo II attribuenda est, cum Har-

---

1) *Die Lehre der zwölf Apostel* p. 165 sq.

nack ipse non pauca in scriptura concedat inveniri, quae facilius ad annos 80—120 quam ad annos 120—165 referri possint [1]).

VII.

De patria scripturae sententiae non minus variae sunt quam de tempore. De Aegypto cogitaverunt praesertim Bryennius, Harnack, Zahn, Bonet-Maury, Farrar, Romestin, Hitchcock et Brown; de Syria vel Palaestina Caspari, Sabatier, Arnold, Volkmar (Pella in Peraea); de Antiochia Bestmann; de Hierosolymis Spence, Langen, München; de Antiochia vel Hierosolymis Schaff; de Asia minore Hilgenfeld; de Graecia vel Macedonia Wordsworth; de Roma Massebieau; Cotterill etiam de Constantinopoli locutus est. Warfield [2]), scripturam paullatim in eam formam redactam esse censens, quam in codice Constantinopolitano habet, formam priorem (sine particula 1, 3—2, 1) Aegypto, posteriorem Syriae attribuit. Similiter sentiunt Bratke et Mc Giffert [3]).

Cum Doctrina maxime a scriptoribus Alexandrinis lecta et commemorata esset, eam in Aegypto confectam esse sequi videtur. Idem Harnack [4]) eo probare voluit, quod doctores liberi nec non »apostoli« in terra illa diutissime mansissent et Pantaenus solus esset, quem Eusebius inter saeculi II apostolos nominare potuit, quodque in doxologia Sahidica vel Aegypti superioris aeque ac in doxologiis Doctrinae 8, 2 orationi Domini et 9, 4; 10, 5 precibus liturgicis adiectis, ut formulas breviores 9, 2. 3; 10, 2. 4 praetereamus, vox βασιλεία deesset. Argumenta vero paullum valent. Inde, quod de doctoribus in aliis terris nihil traditum est, nequaquam sequitur, eos ibi multo prius quam in Aegypto esse desiisse. Plures doctorum insuper, quos scriptores Alexandrini commemorant, erant doctores audientium nec

1) Cf. quae München, *Zeitschrift für kathol. Theol.* 1886 p. 631—40, contra Harnack disputavit.

2) *The Andover Review* IV, 595; VI, 82. Cf. stemma supra p. XXVII propositum.

3) Lightfoot scripturam primo ad Aegyptum retulit; postea (*The Apost. Fathers* II, I, 739) autem respiciens 9, 4 illum ortum in dubium vocavit.

4) *Die Lehre der zw. Ap.* II, 168.

cum doctoribus confundendi esse videntur, de quibus Doctrina dicit. Eusebium autem praeter Pantaenum alios saeculi II apostolos non potuisse nominare non licet dicere. Cum scriptor H. E. V, 10 expressis verbis pronuntiet, etiamtum complures fuisse evangelistas sermonis Dei, potius etiam nonnulla nomina cognita habuisse putandus est, et id solum dicere possumus, eum nomina plura tradere noluisse. Praeterea Pantaenum ne apostolum quidem distincte appellat. Loco laudato potius de evangelistis sermonis Dei loquitur, qui apostolorum exemplo studium suum ad aedificationem fidei et ad incrementum verbi divini contulissent. Quod ad doxologiam attinet, omissio vocis βασιλεία eo minus est urgenda, cum formulae, de quibus agitur, etiam voce illa praetermissa inter se minime conveniant. Doctrina enim legit: ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, doxologia Sahidica est haec: *quoniam tuum est robur et potentia in aevum aevi*, vel graece: ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ ἰσχὺς εἰς τοὺς αἰῶνας. Loco vocis δόξα ergo doxologia Sahidica habet vocem ἰσχύς, neque ullo iure in ea illam vocem defuisse dubitandum est. Accedit denique, quod vocem βασιλεία Gregorius quoque Nyssenus omisit, hanc doxologiam exhibens: ὅτι αὐτῷ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα.

Itaque remanent nonnisi testimonia extrinseca. Quae haud dubie non parvi aestimanda sunt. Attamen originem scripturae aegyptiacam non reddunt certam. Probant sane Doctrinam in Aegypto diligenter lectam fuisse, vel potius denotant, plura scripturae testimonia ab Alexandrinis profecta ad nos pervenisse. Cum autem fieri posset, ut scriptura etiam extra patriam in usum frequentem veniret, non iam Doctrinam in Aegypto exortam esse demonstrant.

Quaeritur ergo, num forte vestigia in scriptura sint, quae alium ortum indicent. Cuiusmodi indicia revera inveniuntur. Mentio quae 9, 4 fit frumenti in montibus sati non tam in Aegyptum quam in Syriam vel Palaestinam convenit. Harnack quidem contendit, orationem, in qua montes commemorarentur, a Syria vel Palaestina in Aegyptum tradi potuisse. Iure potiore autem, si locus ille in Aegypto scribi non potuit, scripturam ipsam alibi confectam esse colligitur.

Quae cum ita sint, Syria vel Palaestina probabiliter Doctrinae patria habendae sunt. Syria ideo praeferenda esse videtur, quia scriptura orationi Domini iam doxologiam adicit, quae in illa terra originem habuisse censetur. Palaestinae vero favet caput VIII, ubi auctor, hypocritas vel Pharisaeos respiciens, medios inter Iudaeos se esse prodit.

## VIII.

De fide auctoris vel quo tendat scriptura, iudicia diversissima facta sunt. Auctor et Christianis e Iudaeis et Christianis e gentilibus et Ebionitis haereticis adnumeratus est. Hic eum Gnosticos et Montanistas, ille eum Paulum apostolum impugnare putavit, tertius in ea vestigia Montanismi invenire sibi visus est. Alii aliter censuerunt.

Doctrinam Gnosticis et Montanistis adversari editor princeps (Proleg. § δ') e pluribus locis colligere voluit. Quae autem in parte scripturae priore vel capitibus I—VI leguntur, nequaquam ad eos inter Gnosticos referenda sunt, qui legem Dei vel praecepta Decalogi solvere studebant. Auctor in hac parte neminem impugnat, sed simpliciter summam doctrinae christianae moralis exponit. Neque verba scripturae de alia doctrina, qua proposita dissolvatur (11, 2), vel de pseudoprophetis ad Montanistas referenda sunt. Verba illa scribi potuerunt, antequam Montanus doctrinam suam edidit et prophetae Montanistarum exstiterunt.

Nec maiore iure Paulus in Doctrina impugnari dicitur [1]). Ad summum contendi potest, de edendis immolatis simulacrorum auctorem (6, 3) aliter iudicare quam apostolum I Cor. 8—10, et ne hoc quidem certum est, cum Pauli sententia diligentius investigata a decreto apostolorum Hierosolymis congregatorum non vel paullulum tantum divergere videatur.

Doctrinam Ebionitis vel Monarchianis attribuendam esse Krawutzcky [2]) inde sequi putavit, quod neque operis redemptionis

1) Hoc contendit Sadler. Churton in scriptura non solum doctrinam doctrinae Pauli adversantem, sed etiam haereticam et Sadducaeismum sapientem invenire voluit. Cf. Schaff p. 125 not.

2) *Theolog. Quartalschrift* 1884 p. 581—585.

neque divinitatis redemptoris certa mentio fieret, Christus potius aeque ac David (9, 2) puer Dei, παῖς θεοῦ, appellaretur (9, 3; 10, 2. 3) et verba de redemptore glorificando, quae Barnabas mandato amoris Dei addidisset, deleta essent. Sententia fortasse approbanda esset, si auctor Doctrinae Barnabae epistulam legisset atque mutasset. Cum autem ratio altera inter scripturas intercedat, res aliter se habet. Auctor Doctrinae cum verba Barnabae de redemptore non eliminaverit, sed simplicius tantum de Christo locutus sit, minime protinus Ebionita habendus est. Accedit, quod παῖς θεοῦ vel κυρίου Christus etiam a Barnaba (6, 1; 9, 2), Clemente Romano (I Cor. 59, 2. 3. 4) et ab aliis patribus antiquioribus vocatur, neque Doctrina Christum semper hoc nomine, saepius potius filium (7, 1) vel filium Dei (16, 4) et Dominum (cf. index vocabulorum) appellat. Haec autem nequaquam parvi aestimanda sunt, ut Krawutzcky censet. E contrario, 14, 3 dictum Veteris Testamenti Domino attribuens, i. e. secundum locutionem alibi usitatam Iesu Christo, et 16, 8 de adventu Domini loquens, cum S. Scriptura eodem loco, quem respicit, de filio hominis dicat, auctor Doctrinae se Christum non purum hominem habere satis clare indicat.

Hilgenfeld [1]) scripturam non quidem a Montanista exaratam esse contendit. Censet autem, eam et quidem ambas partes, primam (1—6, 2) et alteram (6, 3—16), quas non eidem auctori vel saltem non eidem tempori adiudicat, in Montanismi usum redactam esse. Argumenta vero, quas ad sententiam probandam proposuit, minime firma sunt. Si verba ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν 1, 4 recte interpretatus fueris, eis neque nexus interrumpitur neque Montani duritia denotatur. Vocem τέλειος 1, 4 et 6, 2 autem Montanismum sapere vix aliquis concesserit, cum vox bis in Evangelio Matthaei legatur, sc. 5, 48 et 19, 21. Neque 6, 3 additamentum Montanistae habendum est. E contrario, si locus a Montanista esset scriptus, verba ὃ δὲ δύνασαι certe deessent, cum legibus ad ieiunium pertinentibus a schismaticis auctoritas tanta attribueretur, ut singulis

1) Nov. Test. extra can. rec. fasc. IV ed. II p. 94. 104 sq. *Zeitschrift für wissensch. Theologie* 1885 p. 88—94.

aegre facultas earum implendarum vel non implendarum daretur, cuius in Doctrina mentio fit. Porro quomodo 10, 6 manus Montanistae agnoscenda sit, equidem non perspicio. Etiamsi Tertullianus Montanismo non addictus Apolog. c. 39 scripsit, Christianos pro mora finis orare, plures tamen adventum Domini et interitum huius mundi desiderare potuerunt. Deinde quae c. 11 et 13 et 15, 1 de prophetis et apostolis et doctoribus leguntur, ea sane ad Montanistas referenda essent, si librum post saeculum II medium exortum esse constaret. Sin scriptura iam saeculo I exeunte confecta est, non est quod de prophetis schismaticorum illorum cogitamus. Nomen ἀπόστολος quidem Hilgenfeld a catholicis nunquam cuilibet praedicatori fidei datum esse dixit. Neque vero nomen apud Montanistas usitatum fuisse ostendit. Denique neque ex eis, quae Apollonius vel Eusebius H. E. V, 18 refert, scilicet Montanum doctrinam suam praedicantibus salaria praebuisse, ut per foedam ventris ingluviem doctrina convalesceret, Doctrinam 11, 4—6 de praedicatoribus Montanistarum loqui colligendum est. Inde quod Montanus praedicatoribus doctrinae suae salaria praebuit, Doctrina vero apostolis omnino interdicit, ne pecuniam accipiant, potius eius auctorem a partibus Montanistarum non stetisse concludi potest.

Quodsi nonnullas alias sententias plane falsas praetermittimus, id solum quaeritur, num auctor Christianus e Iudaeis sit an Christianus e gentilibus vel, ut vocatus est, Christianus e gentilibus vulgaris. Hanc sententiam praesertim Harnack[1]) tuetur, illam Sabatier, Schaff et plures alii. Iudicium maxime ex interpretatione vocis βρῶσις 6, 3 pendet. Estne vox de legibus Veteris Testamenti cibariis intellegenda an de ascesi quadam ad cibos et inprimis esum carnium spectante? Cum illa interpretatio praeferenda sit, scriptura a Christiano e circumcisione exarata esse putanda est. Idem elucet ex 13, 3, ubi auctor officium primitiarum prophetis offerendarum eo probat, quod prophetae Christianorum ἀρχιερεῖς sint, et ex 13, 5, ubi idem officium, haud dubie Vetus Testamentum respiciens, simpliciter mandatum nominat. Non minoris momenti est, quod auctor 1, 3 voci biblicae

1) Cf. *Die Apostellehre* p. 14—20.

ἀγαπᾶν vocem νηστεύειν substituens ascesin ieiunandi instar Iudaeorum aestimet maximi. Neque formula μαρὰν ἀθά 10, 6 hic praetermittenda est. Quae vocabula aramaica facilius Christiano e Iudaeis quam e gentilibus attribui possunt, et si oratio eucharistica, cuius conclusionem faciunt, fortasse non sit auctoris scripturae ipsius, tamen a quo illa composita fuerit indicant.

Sin auctor autem Christianus e circumcisione erat, nequaquam totam legem observari voluit. Minime enim est verisimile, verbis ζυγὸς τοῦ κυρίου 6, 2 legem Veteris Testamenti designari. Praeterea de circumcisione prorsus tacet. Ne praecepta quidem ad cibos pertinentia omnino servanda esse dicit. Unum solum severe praecipit, scilicet ut Christiani ab idolothytis se abstineant. De reliquo monet, ut faciant, quidquid possint.

Quae cum ita sint, quaestio haud magni momenti est. Christianus e Iudaeis, qualis auctor fuit, a Christiano e gentilibus (vulgari) paullum differebat, praesertim cum ab apostolis Hierosolymis congregatis etiam Christianis e gentilibus nonnulla praecepta Veteris Testamenti ad cibos spectantia data essent.

## IX.

Cum auctor id ageret, ut doctrinam Domini exponeret, S. Scriptura ei tanquam fons adhibenda erat. Revera ex hac plurima deprompsit, quamquam eam non semper verbotenus secutus est, sed multos locos liberius reddidit. Octies vel distincte dicit, se verba S. Scripturae proponere, vel saltem lectores ad S. Scripturam revocat. Duo loci (14, 3; 16, 7) Veteris Testamenti sunt, prophetarum Malachiae et Zachariae. Quinque loci Novi Testamenti sunt, et quidem ter (11, 3; 15, 3. 4) auctor ad Evangelium in universum revocat nec locum biblicum certum afferens; quarto loco (8, 2) orationem dominicam velut ex Evangelio depromptam exhibet; quinto loco (9, 5) dictum Domini Matth. 7, 6 allegat. Scriptura, e qua locus octavus (1, 6) depromptus est, ad nos non pervenit. Non solum autem loci Novi Testamenti, sed etiam verba Malachiae tanquam dictum Domini inducuntur.

Alia auctor ex S. Scriptura hausit, quin se non sua, sed aliena tradere indicaret, modo sententiam tantum, modo etiam

verba librorum sacrorum reddens. Loci verbotenus transcripti in hac editione characteribus obliquis expressi sunt. Libri autem Veteris Testamenti, quibus auctor ita usus est, praeter prophetas iam laudatos hi sunt: Exodus, Deuteronomium, Psalmi, Sapientia Salomonis, Sirach, Iesaias. De reliquis libris, quos respexit, cf. Index locorum S. Scripturae.

Ad Novum Testamentum transeuntes cum certitudine affirmare possumus, auctorem Evangelium Matthaei legisse, in quo fere omnia inveniuntur, quae vel distincte vel tacite tanquam dicta Evangelii sive Domini afferuntur. Sabatier quidem locos illos ex traditione orali repetendos esse putavit; sed haud dubie sese fefellit. Numerus locorum et consensus cum Evangelio Matthaei tantus est, ut hoc iure meritoque eorum fons habeatur. Accedit, quod verba Domini similiter inducuntur ac dicta prophetarum Veteris Testamenti.

Auctor etiam Evangelium Lucae cognitum habuisse putandus est. Namque non solum 1, 5 mandatum παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου κτλ. in ea forma affert, quam in hoc Evangelio habet, non autem in illo, sed etiam 1, 4 mandatum ἐὰν λάβῃ τις ἀπὸ σοῦ τὸ σόν, μὴ ἀπαίτει, proponit, quod apud Lucam legitur, apud Matthaeum vero plane deest. Denique verba οἱ λύχνοι ὑμῶν καὶ αἱ ὀσφύες, quae 16, 1 media inter verba evangelica exstant, rursus apud Lucam, non autem apud Matthaeum inveniuntur. Quae cum ita sint, auctorem tertium Evangelium legisse vix negare licet, nisi forte omnes loci evangelici ex Evangelio aliquo deperdito repetendi sunt.

Revera Krawutzcky[1]) verisimile esse censet, Evangelium, quo auctor usus est, Evangelium fuisse, quod legebant Nazaraei et Ebionitae, vel Evangelium secundum Hebraeos vel secundum Aegyptios vel secundum duodecim apostolos, quibus nominibus veteres scripturam appellabant, idque inde concludit, quod illud Evangelium una ex parte Evangelio Matthaei simillimum fuerit, altera ex parte praeceptum rigidum, quod Doctrina 15, 3 exhibet, scilicet ne quis loquatur cum eo, qui in proximum delinquit, ex eo repeti possit, in quo teste Hieronymo *maxima*

1) *Theolog. Quartalschrift* 1884 p. 548 sq.

*inter crimina ponatur, qui fratris sui spiritum contristaverit.* Quam sententiam Chiapelli[1]) eo confirmari putat, quod praeceptum Evangelii secundum Hebraeos: *nunquam laeti sitis, nisi cum fratrem vestrum videritis in caritate*[2]), non solum ad Doctrinam 15, 3, sed etiam ad Doctrinam 14, 2 prope accedat. Argumenta vero minime sufficiunt. Hic Doctrinae locus rectius ex Evangelio Matthaei 5, 24 repetitur. Quod autem ad illum locum attinet, scripturae non tantopere consentiunt, ut una ad alteram cum certitudine possit referri. Praeterea verba Doctrinae laudata a sententia Matthaei 18, 15—17 non tantopere dissentire, quantopere Krawutzcky putavit, ex loco praecedente apparet, ubi Christiani admonentur, ut invicem se arguant in pace. Sin autem Evangelio secundum Hebraeos auctorem usum esse probari nequit, ex Doctrina 2, 2—3 eum illud Evangelium non legisse apparet. Mandata enim, quae hoc loco proponuntur quaeque, si fieri potest, e Scriptura Sacra repetenda sunt, Evangelium secundum Hebraeos non exhibet, sed simpliciter dicit: *legem et prophetas fac.*

Praeter duo Evangelia auctor notitiam nonnullarum epistularum prodit. Ex 5, 1. 2 apparet, eum Pauli epistulam ad Romanos cognitam habuisse. Vox μαρὰν ἀθά, quam S. Scriptura nonnisi I Cor. 16, 22 exhibet, eum hanc quoque epistulam probabiliter legisse indicat. 1, 4 tam prope ad I Petr. 2, 11 accedit, ut neque huius epistulae ignarus fuisse censendus sit. Etiam nonnullas alias scripturas in eius notitiam pervenisse conicere licet. Langen[3]) contendit, eum praeter scripturas laudatas Evangelium Ioannis eiusdemque Apocalypsin, Actus apostolorum, Pauli epistulas ad Ephesios, ad Timotheum primam, ad Titum, ad Philippenses, ad Hebraeos, in usum suum vertisse. Equidem auctorem unam vel alteram ex his scripturis cognitam habuisse non prorsus negaverim. Neque vero indicia invenio satis luculenta, ut certum iudicium ferre audeam. Cf. Index locorum S. Scripturae.

---

1) *Studii* p. 226—29.
2) Fragmenta collegit Hilgenfeld, Nov. Testam. extra can. fasc. IV.
3) *Historische Zeitschrift* t. 53 (1885) p. 212—214.

## X.

Scriptura ab omnibus fere in duas partes dividitur, partes vero diverse circumscribuntur. Plerique partem priorem capite VI terminant. Rectius autem Harnack partem capite X concludere videtur. Capitibus VII—X enim de baptismo et eucharistia, de ieiunio et oratione agitur, atque formulae proponuntur, quae in sacramentis administrandis et in oratione adhibendae sint. Particula igitur liturgica est. Ad liturgiam vel cultum vero etiam capita I—VI pertinent. Ut verba ταῦτα πάντα προειπόντες βαπτίσατε κτλ. 7, 1 clare indicant, id quod primi perspexerunt Bielenstein[1]) et Ménégoz[2]), particula sermo est baptizandis vel catechumenis ante baptismum pronuntiandus. Quae cum ita sint, capita VII—X potius cum praecedentibus quam cum sequentibus coniungenda sunt, quae ad disciplinam et constitutionem ecclesiae spectant. Pars prior autem ipsa in duas sectiones dividi potest, quarum una capita I—VI, altera capita VII—X amplectitur.

Ordo sententiarum hic est.

Postquam auctor 1, 1 duas vias earumque differentiam indicavit, viam vitae 1, 2—4, 14 describit. Proponuntur 1, 2 tria mandata principalia, mandata amoris Dei ac proximi et praeceptum, ne quis alteri faciat, quod sibi ipsi fieri nolit, et additur explicatio duplex. Summa primae explicationis 1, 3—6 ex sermone Domini in monte habito vel ex Evangelio Matthaei 5 deprompta est. Altera explicatio mandatis incipit, quae Dominus Matth. 19, 16—18 adulescenti intimavit roganti, quid boni faceret, ut vitam haberet aeternam (2, 1—3), scilicet non occides, non adulterium facies etc., et multa alia adiciuntur. Quorum pars prior (2, 3—7) similiter expressa est ac mandata e S. Scriptura repetita. In parte altera (3, 1—6) mandata verbis τέκνον μου incipiunt, et praeceptis singulis ratio additur, ob quam peccata quaedam devitanda sint, scilicet quod alia ac maiora peccata ex eis proficiscuntur. Haec peccata graviora sunt 1) ho-

1) *Mitteilungen und Nachrichten für die evang. Kirche in Russland.* 1885. Febr.—Martius.

2) *Le Témoignagne* 1885. Martius 16.

micidium, 2) fornicatio et adulterium, 3) idololatria, 4) furtum, 5) blasphemia, et singulis bina peccata vel terna seu quaterna, cum secundo loco duo et nonnunquam tria peccata inter se propinqua una enumerentur, tanquam radices praemittuntur. Peccata autem illa respondent mandatis 2, 2—3 propositis; 1) non occides; 2) non adulterium facies, non pueros corrumpes, non fornicaberis; 3) non furaberis; 4) non incantabis; 5) non periurabis. Utroque igitur loco eadem peccata maiora in eodemque ordine enumerantur; modo peccata idololatriae et furti invertuntur, id quod fortasse inde explicandum est, quod ordo prior vel 2, 2—3 exhibitus S. Scriptura statutus erat, idololatria autem, unum ex tribus peccatis ecclesiae veteris capitalibus, auctori gravius crimen esse videbatur quam furtum. Ceteroquin 5, 1 furtum aeque ac 2, 2 ante idololatriam vel magiam legitur. In tertia denique parte 3, 7—4, 14 forma prior iterum adhibetur, mandata autem non solum negative exprimuntur, ut in partibus duabus praecedentibus, sed etiam positive, ut in explicatione prima. Summa partis haec est. Primo loco (3, 7—10) leguntur officia Christiani erga se ipsum; secundo (4, 1—4) officia erga ecclesiam, cum praepositos tum alios fratres; tertio (4, 5—8) officia erga pauperes; quarto (4, 9—11) officia erga familiam, filios et servos, servorumque officium erga dominos; quinto denique (4, 12—14) praecepta nonnulla generalia exhibentur, praecipue devitandi omne quod non placet Deo, custodiendi mandata Domini ac confitendi peccata in ecclesia. Descripta via vitae exponitur c. 5 via mortis. Animadvertendum est, initio eadem peccata graviora et in eodem ordine enumerari, quae 2, 2 et ordine paullisper mutato 3, 2—5 leguntur, scilicet 1) homicidia, 2) adulteria, cupidines, fornicationes, 3) furta, 4) idololatriae et magiae. Blasphemiae autem, quae 3, 6 distincte et 2, 3 verbis οὐκ ἐπιορκήσεις expressa est, hic non amplius fit mentio. Postremo lector c. 6 monetur, ne ab hac doctrina abducatur, ut, si non totum Domini iugum possit portare, saltem faciat, quidquid possit, omnino autem ab immolatis simulacrorum abstineat.

Sermone baptismali finito auctor c. 7 exponit, quomodo baptismus administrandus sit. Deinde c. 8 de ieiuniis disserit,

et ostendens, Christianis non ieiunandum esse neque orandum modo hypocritarum, sed sicut Dominus instituit, orationem Domini proponit, animadvertens, ter in die sic orandum esse. Denique c. 9—10 de eucharistia agit, tres orationes eucharisticas tradens, quarum duae dicendae sunt ante, tertia post communionem, monensque baptizatos tantum sacrae mensae participes esse.

In parte secunda (c. 11—15) primum exponitur, eos tantum in ecclesiam venientes recipiendos esse, qui non aliam doctrinam habent ac propositam (11, 1—2). Deinde de apostolis vel praedicatoribus fidei peregrinantibus suscipiendis (11, 3—6), de prophetis diiudicandis (11, 7—12), de advenis christianis accipiendis (c. 12), de prophetis ac doctoribus sustentandis (c. 13) agit. Porro de die dominica celebranda (c. 14), postremo de episcopis et diaconis ordinandis ac de fratribus arguendis sermo fit.

Capite XVI libellus concluditur. Lectores admonentur, ut vigilent et ad adventum Domini parati sint, crebro convenientes ac saluti animarum consulentes, atque regnum Antichristi et adventus Domini describitur.

Hilgenfeld partem priorem vel Doctrinam apostolorum principalem, quo nomine eam appellat, 6, 2 terminat. Quae divisio minime constat. Particula 6, 3, quippe quae praeceptum morale contineat, cum antecedentibus, non cum sequentibus coniungenda est. Itaque nisi fortasse capite XI, certe capite VII, non 6, 3, pars altera aperienda est.

## XI.

In hoc capite l i t t e r a e ad Doctrinam apostolorum spectantes commemorandae sunt. Primum locum obtineant editiones ac versiones.

Editio princeps sic inscribitur:

Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐκ τοῦ ἱεροσολυμιτικοῦ χειρογράφου νῦν πρῶτον ἐκδιδομένη μετὰ προλεγομένων καὶ σημειώσεων, ἐν οἷς καὶ τῆς Συνόψεως τῆς Π. Δ., τῆς ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, σύγκρισις καὶ μέρος ἀνέκδοτον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ χειρογράφου. Ὑπὸ Φιλοθέου Βρυεννίου, μητροπολίτου Νικομηδείας. Ἐν Κωνσταντινουπόλει 1883. Pag. CXXXXIX (ρμθ'), 75.

Editores sequentes plurimi scripturam etiam in linguam patriam transtulerunt, ita ut fere eidem sint cum interpretibus. Excipiendi sunt Hilgenfeld, Luthardt, Harnack in editione secunda vel minore, Prins et editor Scandinavus, qui textum graecum solum typis expresserunt. Majocchi et Funk textui translationem latinam adiecerunt. Alii e contra scripturam in linguam vernaculam transtulerunt, textum graecum non publicantes. Qui post editores et quidem characteribus minoribus adhibitis enumerantur, ne cum illis confundantur. Sunt autem editores et interpretes

## I. Inter Germanos.

1) Adolphus Hilgenfeld, Evangeliorum secundum Hebraeos, secundum Petrum, secundum Aegyptios, Matthiae Traditionem, Petri et Pauli Praedicationis et Actuum, Petri Apocalypseos, Didascaliae apostolorum antiquioris quae supersunt addita Doctrina XII apostolorum et libello qui appellatus »Duae viae« vel »Iudicium Petri« collegit, disposuit, emendata et aucta iterum edidit et adnotationibus illustravit, vel: Novum Testamentum extra canonem receptum, fascic. IV ed. II. Lipsiae 1884. Pag. 129.

2) Adolphus Harnack, *Die Lehre der zwölf Apostel nebst Untersuchungen zur ältesten Geschichte der Kirchenverfassung und des Kirchenrechts.* Lipsiae 1884. Pag. 70, 294.

— Denuo: *Die Apostellehre und die jüdischen beiden Wege.* Lipsiae 1886. Pag. 59.

3) Aug. Wünsche, *Lehre der zwölf Apostel nach der Ausgabe des Metropoliten Phil. Bryennios mit Beifügung des Urtextes nebst Einleitung und Noten.* Lipsiae 1884. Pag. 34. — Editio II facta est eodem anno.

4) E. Friedberg in *Zeitschrift für Kirchenrecht* IX, 408—425. Friburgi et Tubingae 1884.

5) C. E. Luthardt in *Zeitschrift für kirchliche Wissenschaft und kirchliches Leben* V, 139—143. Lipsiae 1884.

6) F. X. Funk, Opera patrum apostolicorum I. Editio nova Doctrina duodecim apostolorum adaucta. Tubingae 1887.

a) Harnack in *Theologische Litteraturzeitung* IX, 53—55 (c. 7—16). Lipsiae 1884.

b) F. X. Funk in *Theologische Quartalschrift* LXVI, 381—393. Tubingae 1884.
c) Anonymus in *Allgemeine Evangelisch-Lutherische Kirchenzeitung* XIII, 193—198. Lipsiae 1884.
d) G. Volkmar, *Urchristliches Andachtsbuch. Die neuentdeckte urchristliche Schrift der Lehre der zwölf Apostel an die Völker.* Lipsiae et Tiguri 1885. Pag. 47. Edit. III 1887.
e) N. Liebert, *Die neue aufgefundene Lehre der zwölf Apostel. Bibliothek der Kirchenväter.* Appendix tomi Constitutiones apostolorum continentis. Pag. 27. Campiduni 1885.
f) Aberle in ephemeride quae inscribitur: Ut omnes unum. No. 72. 73. 76. Erfordiae 1885—86.

Hoc loco versio quoque hungarica commemoretur, quam G. Boros paravit in ephemeride *Magneto* et etiam separatim edidit. Claudiopoli (Kolozswar in Transilvania) 1885. Pag. 17.

## II. Inter Gallos.

P. Sabatier, Διδαχὴ τῶν ιβ' ἀποστόλων. *La Didachè ou l'enseignement des douze apôtres.* Parisiis 1885. Pag. 165.

a) L. Duchesne in *Bulletin critique* V, 91—94 (c. 7—16). Parisiis 1884.
b) G. Bonet-Maury, *La doctrine des douze apôtres, essai de traduction avec un commentaire critique et historique.* Parisiis 1884. Pag. 36.
c) Anonymus in *La controverse et le Contemporain* II, 297—311. Parisiis et Lugduni 1884.

## III. Inter Italos.

R. Majocchi, *La dottrina dei dodici apostoli. Documento della chiesa primitiva pubblicato nel suo testo originale con versione (latina) e commento.* Mediolani 1885. Pag. 83. (Editio recusa est e *La scuola cattolica*). Editio II Modenae 1887. Pag. 288.

a) G. Andrullo in ephemeride *Scienza e fede.* Neapoli 1884. Translatio secundum versionem gallicam supra tertio loco commemoratam facta est, non secundum textum graecum.
b) E. Comba in *Rivista Cristiana* XIII, 352—366. Florentiae 1885.
c) A. Chiapelli, *Studi di antica letteratura cristiana.* Taurini 1887. Pag. 238. Idem versionem publicavit in *Nuova Antologia* 1885.

## IV. Inter Batavos.

I. I. Prins, Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων e codice Hierosolymitano, nunc Constantinopolitano, nuperrime edidit Ph. Bry-

ennios, in usum studiosae iuventutis repetiit. Lugduni Bat. 1884. Pag. 16.

H. U. Meiboom, *Theologisch Tijdschrift* XIX, 533—551. Lugduni Bat. 1885.

## V. Inter Scandinavos.

Anonymus in *Theologisk Tidsskrift for den ev. luth. Kirke in Norge.* Christianiae 1884.

a) C. Warming, *De tolv apostles laerdom. Et skrift fra det andet Kristelige arhundrede.* Hafniae 1884. Pag. 35.

b) A. S. Paulssen in *Theologisk Tidsskrift fon den danske Folkekirke* I, 576—589. Hafniae 1884,

c) Fr. Helveg in *Dansk Kirketidende* 1884.

d) I. E. Berggren in *Teologisk Tidsskrift grundat af A. F. Beckmann* XIII, 200—206. Upsalae 1884.

e) C. P. Caspari in *Luthersk Ugeskrift* 1884.

## VI. Inter Anglos.

1) H. de Romestin, *The Teaching of the Twelfe Apostles. The Greek Text with Introduction, Translation, Notes and Illustrative Passages.* Oxonii et Londini 1884. Pag. 118.

2) C. Spence, *The Teaching of the Twelfe Apostles. A Translation with Notes; and Excursus Illustrative of the „Teaching" and the Greek Text.* Londini 1885. Pag. 183.

a) Fr. Farrar in *The Contemporary Review* 1884 p. 698—706.

b) C. Taylor, *The Teaching of the Twelfe Apostles with Illustrations from the Talmud.* Cantabrigiae 1886. Pag. 136.

## VII. Inter Americanos.

1) R. D. Hitchcock et Fr. Brown, *The Teaching of the Twelfe Apostles recently discovered and published by Phil. Bryennios, Metropolitan of Nicomedia. Edited with a Translation, Introduction, and Notes.* Neo-Eboraci 1884. Ed. II 1885. Pag. CXV, 85.

2) I. Fitzgerald, *Teaching of the Twelfe Apostles.* Neo-Eboraci 1884.

3) S. St. Orris, *Teaching of the Twelfe Apostles. Text and Translation together with Critical and Illustrative Papers by Eminent Scholars.* Neo-Eboraci 1884. Pag. 84.

4) Ph. Schaff, *The oldest Church Manual called the Teaching of the Twelfe Apostles. The Didachè and Kindred Documents in the Original with Translations and Discussions of post-apostolic Teaching, Baptism, Worship and Discipline and with Illustrations and Fac-Similes of the Jerusalem Manuscript.* Neo-Eboraci 1885. Ed. II 1886. Pag. 311. Editio post Harnackianam priorem locupletissima.

5) Hoç loco denique commemorentur tres tabulae, quibus plures codicis Constantinopolitani loci (sc. particulae epistularum Barnabae et Clementis, initium Doctrinae, catalogus librorum V. T. atque pagina codicis ultima) arte photographica repetiti et Baltimori 1885 publicati sunt sub titulo: *Three Pages of the Bryennios Manuscript, reproduced by photography for the Johns Hopkins-University. Edited, with notes, by* I. Rendel Harris.

a) Fr. Gardiner, *The recently discovered Apostolic Manuscript.* Neo-Eboraci 1884. Pag. 26.

b) I. H. Hall et I. T. Napier in *Sunday School Times.* Philadelphiae 1884.

c) C. O. Starbuck et E. C. Smyth in *The Andover Review.* Bostonii 1884.

Cum plurimi editorum atque interpretum diligenter de scriptura egerint, una cum editionibus et versionibus iam tractatus de Doctrina insigniores nominati sunt. Praeterea autem multi alii viri de scriptura disputaverunt. De prioribus tractatibus Ph. Schaff in editione Hitchcockiana (p. 65—77) et accuratius in sua (p. 140—158; ed. II p. 297—306) retulit, de recentioribus Harnack in *Theologische Literaturzeitung* 1886 N. 12 et 15; 1887 N. 2. Equidem non id ago, ut disputationes omnino omnes, etiam minimas ac levissimas, enumerem, eoque minus, cum plures in ephemeridibus publicatae fuerint, quas legendi paucissimi occasionem nanciscuntur. Graviorum tantum et recentissimarum hic synopsis est instituenda. Nonnullarum aliarum iam supra mentio facta est. Cf. p. XXXI—XXXIII; XLIV.

Aberle, *Die Didache und ihre Nebenformen* in *Literarische Rundschau.* Friburgi 1885 N. 8—9. — *Die Quellen der Lehre der zwölf Apostel* in ephemeride: Ut omnes unum. Erfordiae 1886—87 N. 87. 90.

Arnold, C. Fr., *Die neu entdeckte Lehre der zwölf Apostel* in *Zeitschrift für Kirchenrecht.* Friburgi 1885 p. 407—438. — *Die Didache und die apostolischen Väter* ibid. p. 439—454. — Quaestionum de compositione et fontibus Barnabae epistolae capita nonnulla p. 13—29. Regimonti 1886.

Behm, H., *Bemerkungen zu Didache* IX, 2 in *Zeitschrift für kirchl. Wissenschaft und kirchl. Leben* VII, 575—578. Lipsiae 1886.

Bickell, G., *Die neu entdeckte Lehre der Apostel und die Liturgie* in *Zeitschr. f. kath. Theologie* VIII, 400—412, Oeniponti 1884, et in *Real-Encyklopädie der christl. Altertümer* ed. Kraus II, 311—313. Friburgi 1886.

Binnie, Guil., *The British and Foreign Evangelical Review* 1885 p. 640—660. Londini et Edinburgi.

Bratke, *Die Einheitlichkeit der Didache* in *Jahrbücher für protest. Theologie* XII, 302—312. Lipsiae 1886.

Cabrol, *Un nouvel écrit des temps apostoliques: la doctrine des douze apôtres* in *Revue des questions historiques* t. 39 p. 237—248. Parisiis 1886.

Chase, *Note on the Teaching of the Tw. Ap. Chapter XI* in *The Expositor* 1886 p. 319—320.

Funk, *Zur Apostellehre* in *Theologische Quartalschrift* 1887 p. 276 sqq.

Gordon, A., *Teaching of the Twelfe Apostles* in *The Modern Review*. Londini 1884 p. 446—480; 563—569.

Hall, E. E., *Teaching of the Tw. Ap.* in *The New Englander* VII, 544—580.

Harris, *The Teaching of the Apostles and the Sibylline Books*. Cantabrigiae 1885. Pag. 36.

Haymann, *Dublin Review* 1885 p. 91—106.

Hilgenfeld, *Die Lehre der zw Ap.* in *Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie* XXVIII, 73—102. Lipsiae 1885. Cf. ibid. XXX, 114—121.

Holtzmann, *Die Didache und ihre Nebenformen* in *Jahrbücher für protest. Theologie* XI, 154—166. Lipsiae 1885.

Krawutzcky, *Ueber die sog. Zwölfapostellehre, ihre hauptsächlichsten Quellen und ihre erste Aufnahme* in *Theolog. Quartalschrift* 1884 p. 547—606. Cf. etiam *Wetzers und Weltes Kirchenlexikon* ed. II t. III p. 1869—72. Friburgi 1884.

Langen, I., *Das älteste christliche Kirchenbuch* in *Historische Zeitschrift* LIII, 193—214. Monachii et Lipsiae 1885.

Lechler, G., *Das nachapostolische und das apostolische Zeitalter* ed. III 1885 p. 553 sqq. *Urkundenfunde zur Geschichte des christl. Altertums* II, 14 sqq. Lipsiae 1886.

Lightfoot, *The Expositor* 1885 Ianuarius; *The Apostolic Fathers* II, I, 739. Londini 1885.

Massebieau, *L'enseignement des douze apôtres*. Parisiis 1884. Pag. 36. Disputatio recudebatur ex *Revue de l'histoire des Religions* 1884.

Mc Giffert, *The Didache viewed in its relations to other writings* in *The Andover Review* V, 430—442. Bostonii 1886.

Ménégoz in ephemeride *Le Temoignage* 1884—85. Parisiis. Cf. Schaff p. 154.

München, *Die Lehre der zwölf Apostel* in *Zeitschrift für kathol. Theologie* X, 629—676. Oeniponti 1886.

Muralt, *L'enseignement des douze apôtres* in *Revue de theologie et de philosophie* 1884 p. 278—291.

Petersen, *Die Lehre der zwölf Apostel. Mitteilungen und Bemerkungen.* Lipsiae 1884. Pag. 15.

Potwin, L. S., *The Vocabulary of the Teaching of the Ap.* in Bibliotheca Sacra 1884 p. 800—817. — *The last chapter of the Teaching of the Tw. Ap. illustrated from passages in the Early Christian Fathers* in *The Andover Review* V, 443—444.

Rossi, I. B., Animadversiones ad Doctrinae capita VII et IX—X sive ad modum sacramentorum baptismi et eucharistiae administrandorum in Doctrina expositum in *Bulletino di Archeologia Cristiana* 1885 p. 18—24.

Spitta, *Die Abendmahlsgebete aus der Lehre der zwölf Apostel* in *Zeitschrift für praktische Theologie* VIII, 313-321. Francofordiae 1886.

Taylor, *The Didache and Barnabas* in *The Expositor* 1886 p. 316—17.

V[enables], *The Teaching of the Twelfe Apostles*, in *The British Quaterly Review* 1885 p. 333—370. Londini.

Volkmar, *Zur Zwölfapostellehre* in *Theolog. Zeitschrift aus der Schweiz* 1886 p. 117-118.

Warfield, B. B., *A Critical Estimate of the Latin Fragment* in editione Schaffiana p. 220—225. — *Text, Sources and Contents of „The Two Ways" or first section of the Didache* in Bibliotheca Sacra 1886 p. 100—160. Cf. *The Expositor* 1886 p. 156—159. — *The Didache and its Kindred Forms (with Especial Reference to the Paper of Dr. Mc Giffert)* in *The Andover Review* VI, 81—97. Cf. ibid. IV, 593—599; VI, 217—220. — *Notes on the Didaché (The Pseudo-Athanasius and the Book of Jubilees and the D.)* in *Journal of the Society of Biblical Literature and Exegesis* 1886 p. 86—98.

Wordsworth, *Christian Life, Ritual and Discipline at the Close of the first Century* in *The Guardian* 1884 Martius 19. Londini.

Zahn, Th., *Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons und der altkirchlichen Litteratur* III, 278—319. Erlangiae 1884. — *Justinus und die Lehre der zw. Ap.* in *Zeitschrift für Kirchengeschichte* VIII, 66—84. Gothae 1885.

Quod denique ad hanc editionem adtinet, codicem Constantinopolitanum, quantum fieri potuit, secutus sum. Paucos tantum locos correxi, sive codex lectionem certe falsam tradit, sive ceteri testes, scilicet versio latina, Barnabae epistula, Canones apostolorum ecclesiastici et Constitutionum apostolorum liber VII, lectionem haud dubie meliorem exhibent. Cf. 1, 6; 2, 2. 7; 4, 3. 7. 11; 8, 2; 9, 4; 10, 2. 4. 6; 11, 5. 9; 12, 1. 3; 13, 1; 14, 1; 15, 3. Warfield (Bibl. Sacra 1886 p. 100—138), reliquos testes diligenter inspiciens atque inter se conferens, suadet, ut plures alii loci emendentur, praecipue ut in inscriptione priore

vox δώδεκα omittatur, quae a patribus scripturam laudantibus non sit agnita, et articulus τῶν uncinis includatur; ut inscriptio altera deleatur; ut 1, 2 scribatur θέλῃς pro θελήσῃς et ποιήσεις pro ποίει; ut particula 1, 3—2, 1 omittatur; ut 2, 5 pro ψευδής, οὐ κενός, ἀλλὰ μεμεστωμένος πράξει scribatur κενός, οὐ ψευδής. Ego fidem illorum testium non tanti aestimo, ut codicem Constantinopolitanum adeo corrigere audeam.

Sigla, quibus in libro usus sum, haec sunt: c. = cum; add = addit vel addunt; praem = praemittit; om = omittit; con = coniecit; em = emendavit; Br = Bryennius; cod = codex Constantinopolitanus.

---

## CANONES APOSTOLORUM ECCLESIASTICI.

Hic libellus praeter exordium (c. 1—3) et conclusionem (c. 30) in duas partes dividitur. Pars prior (c. 4—14) continet descriptionem duarum viarum vel potius viae bonae, cum haec sola exponatur, quamquam in exordio partis de duabus viis sermo sit. Pars altera de ordinatione et officiis episcopi (16), presbyterorum (17—18), lectoris (19), diaconorum (20. 22), viduarum (21) agit exponitque, quales illos oporteat esse, quomodo laici se gerere debeant (23), cur mulieribus praeter curam feminarum aegrotarum ministerium non sit commissum (24—29). In utraque parte sententiae singulae singulis apostolis attribuuntur.

Summa partis prioris e Doctrina apostolorum hausta est. Attamen auctor hanc scripturam vel eius partem moralem non totam exscripsit. Plura omisit, praesertim 1, 3—2, 1, si quidem hanc particulam in exemplari suo legit, 4, 9—14 et 5 vel finem viae vitae atque viam mortis, alia inseruit et quidem nonnulla, quae in epistula Barnabae leguntur et de quibus conferantur adnotationes ad inscriptionem, 4, 2; 12, 1; 14.

Krawutzcky [1]) cum animadvertere sibi videretur, sententias

---

1) *Theologische Quartalschrift* 1882 p. 399—420. Cf. quae disputavi ibid. 1887 p. 364—374.

alias ad antiquitatem summam, alias ad tempus posterius referendas et nonnullos locos non esse intellegendos, nisi poneremus, auctorem scripturam aliquam veterem exscripsisse nec semper feliciter mutasse, ut priorem ita etiam alteram libelli partem ex aliis scripturis compilatam esse conclusit. Harnack, cum de diaconis bis sermo sit, ab auctore duas scripturas adhibitas et ex una capita 16—21, ex altera capita 22—28 vel 29 deprompta esse contendit. Illam, in qua Κατάστασις τοῦ κλήρου exposita fuisset, idem olim [1]) ad saeculum III iniens, hanc vel Κατάστασιν τῆς ἐκκλησίας ad saeculum II exiens retulit; nuperrime [2]) utramque tempori Iustini martyris et epistularum pastoralium, quas non a Paulo apostolo, sed circa vel paullo post saeculum II medium confectas esse putat, adscripsit atque fragmenta nobis servata tanquam monumenta antiquissima separatim edidit et commentario amplissimo instruxit.

Equidem sententiae assentiri nequeo. Auctorem libelli secundam partem totam ex ingenio suo scripsisse nequaquam dico. E contrario verisimile puto, eum hic ut in parte priore alias scripturas in usum suum convertisse. Eumque epistula Clementis ad Corinthios usum esse insuper plane patet. Cf. adnot. ad 12, 2; 22, 2; 23, 1—3. Minime autem demonstratum est, eum ex duobus fontibus tantum hausisse, quantum Harnack ex scripturis antiquioribus repetendum esse censuit. Inde, quod duobus locis de diaconis loquitur, nequaquam sequitur, eum duas scripturas de ordinatione cleri vel ecclesiae agentes exscripsisse. Non enim secundo loco idem dicit, quod primo exposuit, sed potius unam vel duas ex sententiis prioribus amplificat confirmatque. Praeterea cum c. 21 de viduis vel diaconissis sermo sit, loci non proprie separati sunt; capita 20—22 potius coniungenda ac pars habenda sunt, quae officia diaconorum et viduarum vel diaconissarum continet. Porro dicendi genus capita ab uno eodemque auctore profecta esse satis clare probat. Neque ex eo, quod c. 19—20 (22) de lectore prius agitur quam de diaconis, cum c. 3 diaconi lectori anteponantur, colligendum est, illam libelli

1) *Die Lehre der zwölf Apostel* II, 212—217.

2) *Texte und Untersuchungen zur Gesch. d. altchristl. Litteratur* II, V (1886), 55.

partem ex scriptura antiquiore depromptam fuisse. Fieri potuit, ut auctor ordinem, quem in introductione secutus est, postea inverteret, atque ideo hoc fecisse videtur, quia de lectore non post viduas vel diaconissas agere voluit, quarum officia una cum officiis diaconorum exponenda erant. Fortasse etiam eo, quod in capite praecedente, ut Duchesne coniecit [1]), de liturgia et de clericis ministerio altaris occupatis dixit, adductus est, ut confestim ad eum clericum transiret, qui in liturgia quidem munere fungebatur, extra eam autem officium ecclesiasticum non exercebat. Neque propter verba libelli 18, 1 denique auctor scripturam antiquiorem adhibuisse eamque minus prudenter mutasse putandus est. Cf. quae ad hunc locum adnotata sunt.

Cum praeter lectorem nullius ordinum minorum mentio fiat, libellus parte saeculi III priore neque postea conscriptus esse videtur. De provinciis ecclesiasticis c. 3 loquens auctor tempus posterius non prodit, ut putaverunt Krawutzcky et Harnack, qui libellum ad initium saeculi IV retulerunt. Vox ἐπαρχία quidem in litteris christianis primo nobis occurrit saeculo IV ineunte, quo tempore a Synodo Nicaena can. 6 adhibita fuit. Docet autem eadem synodus, de more antiquo in ecclesia conservando dicens, τὰς ἐπαρχίας saeculo IV ineunte non fuisse aliquid novi, sed iam diu exstitisse. In Oriente insuper ecclesiam iam saeculo III in provincias divisam fuisse inde apparet, quod Firmilianus Caesareensis ad Cyprianum Carthaginiensem scribit, apud sese per singulos annos seniores et praepositos in unum convenire ad disponenda ea, quae curae ipsorum commissa essent, ut, si qua graviora essent, communi consilio dirigerentur (Epist. inter Cypr. 75, 4).

Testis libelli inter veteres Rufinus esse videtur. Namque verba: Duae viae vel Iudicium Petri, quibus in Expositione in symbolum apostolorum (c. 38) scripturam designat, potius ad illum quam ad Doctrinam apostolorum referenda sunt. Et si haec interpretatio recta est, etiam Hieronymus notitiam libelli habuisse putandus est, cum in Catalogo c. 1 inter scripturas apocryphas Petri adscriptas librum commemoret Iudicium ap-

1) *Bulletin critique* 1886 p. 367.

pellatum. Res autem non est certa. Libellus a Rufino commemoratus fortasse scriptura similis nunc deperdita fuit. Cf. supra p. VII.

Ubi libellus confectus sit, ex ipso cum certitudine colligi nequit. Fontes enim, ex quibus auctor hausit, non idonea testimonia sunt, cum scripturae non solum ibi legantur, ubi exortae sunt, sed etiam in alias provincias perveniant. Cum autem libellus in ecclesia aegyptiaca auctoritatem adeptus sit, eum in Aegypto compositum esse concludere licet.

Libellus tribus codicibus graecis et versionibus pluribus veteribus traditus est.

Codices illi sunt:

1) Vindobonensis hist. graec. olim numero 45, nunc 7 signatus, saeculi XII ut videtur, membranaceus, in folio. Scripturam fol. $4^b$—$7^b$ exhibet. Bickell eum primus et quidem satis accurate excussit. Postea Pitra eum inspexit legitque praesertim verba οὓς δὲ παρακαλοῦντες 20, 3, quae ille praetermisit. Nonnulla autem uterque minus recte legit. Codex et pluribus mendis foedatus est, et aliquot locis textum meliorem habet, quam viri illi viderunt vel adnotaverunt. Cf. 6, 3; 11, 3; 12, 1; 16, 2; 23, 3. Lectiones, quae alicuius momenti sunt, in notis exscripsi. Scripturae vitia autem ex itacismo exorta vel alia scriptionis menda, etiamsi Bickell eorum rationem non reddidit, non notanda esse mihi videbantur.

2) Ottobonianus 408 saec. XIV. Lectiones publicavit Pitra in editione, quam instituit. Codex autem non totum libellum exhibet, sed partem priorem tantum vel descriptionem viarum duarum, neque hanc integram; praeterit enim non solum inscriptionem et capita tria priora, sed etiam plurima, quae auctor Canonum Doctrinae apostolorum adiecit, praesertim in capite VIII, et caput XIV, pro quo autem nonnullas sententias ex ea Doctrinae parte communicat, quam ille neglexit. Neque plura quam exhibet codex ipse promittere videtur, cum titulus libellus his verbis conceptus sit: Ἐπιτομὴ ὅρων τῶν ἁγίων ἀποστόλων καθολικῆς παραδόσεως.

3) Mosquensis, biblioth. S. Synodi 125 saec. X. Codex eandem fere libelli partem continet, quam Ottobonianus, scilicet

capita IV—XIV; plura quoque omisit, praeter sententias breviores (cf. 8, 3; 12, 1—3; 13, 1—4) caput XI totum, et caput XIV capiti XII praeposuit. Vulgavit codicis scripturam O. de Gebhardt in editione Patrum apostolicorum secunda, quam una cum A. Harnack et Th. Zahn instituit, fasc. I part. II p. XXIX —XXXI.

Versiones veteres sunt:

1) Aethiopica, quam a. 1691 una cum versione latina typis expressit Iob Ludolf in Commentario suo ad Historiam Aethiopicam p. 314—323.

2) Coptica, quam a. 1848 H. Tattam vulgavit in libro qui inscribitur: The Apostolical Constitutions, or Canons of the Apostles in Coptic, adiecta versione anglica, quam repetiit Philippus Schaff in editione Doctrinae apostolorum p. 249—257.

3) Thebaica, de qua nonnulla nobis communicavit I. B. Lightfoot in Appendice editionis epistularum S. Clementis (1877) p. 466—469, quamque totam imprimendam curavit a. 1883 P. A. de Lagarde in libro, qui inscribitur Aegyptiaca, p. 239 —248;

4) Syriaca, cuius lectiones variantes a. 1856 publici iuris fecit Lagarde in Reliquiis iuris ecclesiastici antiquissimis p. XXI sq.

Editionem principem ex codice Vindobonensi collata versione aethiopica paravit a. 1843 I. Guil. Bickell in tomo primo Historiae iuris ecclesiasticae p. 107—132. Secutus est P. A. de Lagarde. Editione illa ac versione coptica adhibita editionem instituit, quam C. I. Bunsen in tomo secundo Analectorum Antenicaenorum p. 451—460 a. 1854 imprimendam curavit. Denuo idem textum recensuit in Reliquiis iuris ecclesiastici antiquissimis p. 74—79 a. 1856. Quartam editionem debemus Cardinali I. B. Pitra, qui codice Vindobonensi denuo inspecto ac codice Ottoboniano adhibito libellum a. 1864 publicavit in tomo primo p. 77—86 operis, cui titulus est: Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta. Cui successit A. Hilgenfeld. Recepit scripturam in fasciculo quarto p. 95—106 Novi Testamenti extra canonem recepti a. 1866, eamque in huius operis vel fasciculi editione altera a. 1884 iterum recusit. Nuperrime denique editores Doctrinae apostolorum non-

nulli etiam Canones ecclesiasticos typis expresserunt, cum in eos pars scripturae illius prior transiisset, et quidem Ph. Bryennius repetiit editionem Hilgenfeldianam priorem, A. Harnack lectionibus codicum graecorum et versionum veterum diligenter collatis textum denuo recensuit, partem libelli alteram tanquam fragmenta scripturarum antiquissimarum idem, ut iam supra (p. LIV) vidimus, commentario amplissimo adornavit, huiusque textum recusit Ph. Schaff. Emendationes aliquot proposuit a. 1876 Wilamowitz-Moellendorf in ephemeride, cui titulus est Hermes, t. X p. 341 sq. not. 1.

Textum denuo recensens praeter codices graecos, inter quos primum locum obtinet Vindobonensis, cui soli libellum integrum debemus, adhibui praesertim Doctrinam apostolorum, quippe quae sit fons partis libelli prioris. Contuli etiam versiones veteres, quae nonnullis saltem locis ad emendandum textum aliquid contribuunt. Versio thebaica autem accuratius consuli non potuit, cum Lagarde eam ediderit interpretatione latina non adiecta et ego linguae copticae ignarus sim. Libellus in capita XXX divisi, sequens versionem thebaicam et plures editores, inter quos Lagarde primus est. Lectiones codicis Vindobonensis, quem anno 1886 ipse excussi ac signavi V, praeter menda scripturae omnes notatae sunt. Lectiones autem codicum Ottoboniani (O) et Mosquensis (M) non omnes exscriptae sunt, sed eae tantum, quae maioris momenti esse videntur vel a duobus testibus traduntur. Versiones signantur aethiopica A, coptica C, syriaca S, thebaica T, Doctrina apostolorum D. Quae auctor ex hac scriptura desumpsit, ea characteribus minoribus expressi.

---

## CONSTITUTIONUM APOSTOLORUM

## LIBER VII.

Quaestio de ortu Constitutionum apostolorum difficillima hic non uberius est tractanda. Pauca tantum exponantur.

Libri sex priores in duabus recensionibus leguntur. Recensio brevior versione tantum syriaca traditur, quam Lagarde

et edidit et in linguam graecam retrovertit [1]). Recensio longior in libris sex prioribus operis graeci, quod ad nos pervenit, atque in ceteris versionibus orientalibus exstat. Diu disputabatur, utra recensio prior, num Didascalia apostolorum vel recensio brevior a posteriore interpolata atque amplificata an Constitutiones apostolorum decurtatae fuissent. Hoc tempore omnes consentire videntur, Didascaliam apostolorum priorem esse.

Scriptura haud dubie saeculo III exorta est. Qua autem saeculi parte conscripta sit, minus clarum est. Cum episcopus II, 11—18 graviter admoneatur, ut peccatores paenitentes recipiat neque semper reiciat, eam nonnisi schismate Novatiani exorto confectam esse aliquis concluserit. Sed auctor l. c. etiam Montanistas vel alios disciplinae severioris sectatores respicere potuit. Itaque non est certum, scripturam post Novatianum compositam esse. Nihil sane continet, quod impediat, quin eam saeculo III medio vel etiam paullo prius exaratam esse censeamus.

De recensione longiore vel Constitutionibus apostolorum ante omnia nobis quaerendum est, num libri I—VI et liber VII ab uno eodemque viro conscripti vel potius interpolati fuerint, cum utraque scriptura e libro veteriore provenerit. Quaestio affirmanda esse videtur. Non solum nihil contrarium indicat, sed etiam plura utramque scripturam ab eodem auctore amplificatam esse probant. In utraque enim libri Psalmorum et Proverbiorum praesertim ad textum illustrandum ab interpolatore adhibiti sunt. Deinde quae VII, 2 de paederastia et fornicatione et furto dicuntur, eis simillima sunt, quae interpolator II, 10 et VI, 28 Didascaliae apostolorum inseruit. Cf. adnot. ad VII, 2. Neque praetermittendum est, quod auctor libri VII c. 22 lectorem distincte ad partem priorem provocat. Unde non solum evidenter apparet, eum librum VII cum prioribus coniunxisce, sed etiam verisimile fit, eum utramque partem in eam formam redegisse, quam in Constitutionibus apostolorum habet [2]).

Quo autem tempore interpolator vixit? Plerique eum Se-

1) Didascalia apostolorum syriace 1854. Analecta Antenicaena ed. Bunsen t. II 1854.

2) Zahn, *Forschungen* III, 282, verisimile censet, non interpolatorem librorum I—VI, sed posteriorem aliquem libros VII—VIII illis addidisse.

miarianum putantes saeculo IV medio scripsisse iudicant. Harnack eum ad annos 340—380 vel potius 340—343 retulit[1]). Rationes vero, quibus sententiam probare studuit, non satis firmae sunt. Cum in symbolo, quod VII, 41 legitur, uberius de Christo agatur, colligendum esse censuit, tempore interpolatoris controversiam Arianam vel Nicaenam iam exortam fuisse, cumque symbolum vocem ὁμοούσιος non contineat, exhibeat autem verba οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος, quae formula, ceteroquin aliis verbis expressa, primum in symbolis synodi Antiochenae a. 341 apparet et Marcellum Ancyranum respicere putatur, contendit, symbolum formulis huius synodi et re et tempore propinquum esse. At de Christo non minus copiose iam symbolum Luciani martyris agit[2]). Verba οὗ τῆς βασιλείας κτλ. autem non solum Marcello, sed etiam Sabellio et Paulo Samosatensi opponi potuerunt[3]). Quae cum ita sint neque alia vestigia temporis posterioris certa in opere inveniantur, interpolatorem etiam ante synodum Nicaenam vel saeculo IV ineunte scripsisse statuere licet.

Aliter de aetate interpolatoris sentiendum esset, si idem esset cum eo, qui epistulas Ignatii amplificavit quique non ante annum 360, probabiliter non ante finem saeculi IV scripsit. Harnack revera nuperrime, aeque ac saeculo XVII Usher, Pseudoclementem et Pseudoignatium eundem esse contendit[4]). Rem autem non demonstravit. E contrario plura argumenta Pseudoignatium alium fuisse ac Pseudoclementem indicant. Unum hic commemoretur. Pseudoignatius non solum post Nicaenam scripsit, sed etiam haud dubie a partibus Apollinaristarum stetit. Itaque tempore vixit, ad quod Pseudoclementem nemo referre audet[5]).

Num interpolator librorum I—VII cum his etiam librum

1) *Die Lehre der zw. Ap.* Proleg. p. 170 sq. 265 sq.

2) Athan. De synod. Arim. et Seleuc. c. 23. Socrat. H. E. II, 10. Symbolum a synodo Antiochena a. 341 repetitum est. Lucianum autem esse auctorem testatur Sozomenus H. E. II, 5; VI, 12.

3) Drey, *Neue Untersuchungen über die Constitutionen und Kanones der Apostel* 1832 p. 101 sq.

4) L. c. p. 244—266.

5) Cf. Funk, Opp. patrum apost. t. II p. X—XIII. Lightfoot, S. Ignatius 1885 t. I p. 249 sqq.

VIII coniunxerit, etiam difficilius est ad definiendum. Attamen nonnulla indicia probare videntur, illum totum opus, appendice Canonum apostolorum excepta, in eam formam redegisse, in qua nunc legitur.

Haec hic satis dicta sint. Accuratius de quaestione brevi disputabo in *Theologische Quartalschrift*.

Librum VII diligenter inspicientes animadvertimus, Pseudoclementem Doctrinam apostolorum fere totam transcripsisse, pauca vero omisisse vel mutasse, scilicet ea, quae ad statum ecclesiae, qui erat suo tempore, iam non erant consentanea, praesertim Doctr. 11, 3—12, ubi de apostolis vel praedicatoribus fidei peregrinantibus et prophetis agitur. Quae autem Doctrinae adiciebantur, ea maximam in partem e S. Scriptura desumpta sunt. Exempli gratia mandata, quae Doctrina c. 2 exhibet, fere omnia dictis biblicis confirmantur. Ut facile cognoscas, quae sint auctoris Doctrinae, quae interpolatoris, quae S. Scripturae, verba Doctrinae characteribus minoribus, verba S. Scripturae a Pseudoclemente addita in versione latina litteris obliquis expressi; verba autem biblica iam in Doctrina exstantia non denuo nec litteris mutatis nec in notis indicanda esse mihi videbantur.

Editionem Constitutionum apostolorum principem paravit Fr. Turrianus Venetiis a. 1563, editiones novissimas P. A. de Lagarde (Constitutiones apostolorum, Lipsiae 1862) et I. B. Pitra, S. E. R. Cardinalis, in primo volumine operis, quod inscribitur: Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta (Romae 1864). Equidem textum repetii editoris recentissimi, qui decem codices inspexit; aliquot autem locos, ubi Pitra per neglegentiam vel alia ex causa errasse videtur, respiciens editionem Lagardianam emendavi.

---

## EPISTULA BARNABAE.

De ratione inter Doctrinam apostolorum et Barnabae epistulam intercedente iam supra disputatum est. Cf. VIII—X. Alia infra dicentur, ubi epistulae capita XVIII—XX ita recusa sunt,

ut ea, quae e Doctrina apostolorum repetita quaeque Barnabae sunt, litteris discernantur. Hic pauca de auctore et tempore scripturae addenda sunt.

Non defuerunt nostris diebus, qui epistulam Barnabae apostolo attribuendam esse censebant, quippe qui a veteribus omnibus auctor haberetur, praesertim Freppel [1]), Jungmann [2]), Nirschl [3]). Argumenta vero, quae attulerunt, non sunt valida. Testimonia veterum non omnino probant. Vix minus unanimes veteres opera pseudoclementina Clementi Romano adiudicant quam epistulam nostram Barnabae apostolo, et nihilominus nemo est, qui opera illa aliam originem habere ignoret. Quod autem maxime prohibet, ne epistulam a Barnaba apostolo scriptam esse iudicemus, est scripturae sententia de vetere testamento, apostolorum sententiae plane repugnans. Cum enim apostoli agnoscant, sacrificia et praecepta caerimonalia testamenti veteris, modo ad tempus, a Deo instituta esse, auctor epistulae eis omnem vim abiudicat eaque nonnisi per errorem vel Satana Iudaeos decipiente (cf. Barn. 9, 4) orta esse exponit copioseque demonstrat. Num apostolus vel socius apostolorum talia scripsisse putari potest? Equidem valde dubito.

Tempus epistulae plures e capite XVI elucere putant. Cum ibi de templo erigendo sermo sit ac Hadrianus imperio ineunte Iudaeis permissionem templi reaedificandi dedisse tradatur, epistulam annis 117—120 vel 117—125 confectam esse colligunt. Loman [4]) nuper loco illo innisus epistulam ad annos imperio Hadriani ultimos vel 135—138 retulit. At templum, quod aedificatum iri dicit Barnabas, non templum Iudaeorum lapideum, sed templum spirituale vel ecclesia Christi est. Etiamsi autem locus de templo Hierosolymitano intellegendus esset, epistulam Hadriano imperante confectam esse nequaquam sequeretur. Non enim certum est, hunc imperatorem Iudaeis templum reaedificare permisisse. Praeterea cum Iudaei templum, postquam deletum erat, semper reaedificatum iri sperarent, Barnabas etiam priore

1) *Les pères apostoliques et leur époque* ed. III 1870 p. 88 sqq.
2) *Revue catholique de Louvain* 1882 t. 53 p. 271 sqq.
3) *Lehrbuch der Patrologie* 1881 t. 1 p. 53—57.
4) *Theologisch Tijdschrift* 1884 t. 18 p. 182—218.

tempore de eo erigendo loqui potuit. Quam ob rationem Harnack [1]) nuperrime scripturam inter annos 96 et 125 exaratam esse concessit.

Mihi tempus epistulae potius e capite IV definiendum esse videtur, ubi rex parvus commemoratur, decem antecessores habens eorumque tres simul humilians. Locus haud dubie ex historia Romanorum explicandus est, et Nerva revera undecimus ille rex haberi potest. In catalogo imperatorum quidem nostro Nerva duodecimum locum obtinet; facile autem undecimus appellabatur, cum Vitellius in Aegypto non fuisset agnitus. Idem vero tres antecessores simul deposuisse dici potuit, et quidem duplici ex causa, tum quia Vespasianus, Titus ac Domitianus unius stirpis erant, tum quia Domitianus teste Suetonio (Domit. c. 15) duos filios Titi Flavii Clementis consulis Caesares elegit. Nerva ergo profecto tribus regibus simul depositis ad imperium pervenit. Nonnulli regem parvum de Vespasiano vel de Domitiano interpretati sunt. Sed ille, etiamsi iam Iulius Caesar numeratur, inter imperatores nonnisi decimum locum obtinet; hic quomodo tres antecessores simul humiliaverit, plane incognitum est. Itaque scripturam Nerva imperante vel tempore proximo exortam esse iure meritoque censemus. Cf. quae de tempore epistulae disputavi in *Theologische Quartalschrift* 1884 p. 3—33.

---

## FRAGMENTUM LATINUM.

Fragmentum Doctrinae apostolorum latinum, quod in hoc libro quinto vel ultimo loco typis expressi, codice traditur, qui in claustro Melk in Austria inferiore sito asservatur. Iam a Bernardo Pez a. 1723 in parte secunda tomi quarti Thesauri anecdotorum novissimo p. 5 sq. editum est. Nuperrime O. de Gebhardt primus animum ad fragmentum advertit eiusque textum in editione Doctrinae Harnackiana p. 275—286 recusit illustravitque.

Codex, qui aliquamdiu deperditus esse videbatur, mense

1) *Die Lehre der zw. Ap.* Proleg. p. 85 not. 9.

autem Augusto anni 1886, quo in claustro aderam, rursus inventus est, est membranaceus, saec. IX vel X, formae octavae maioris, numero 914, olim Q 52 signatus. Continet primo homilias super pericopas epistularias anni ecclesiastici a dominica prima post Pentecosten usque ad dominicam primam ante nativitatem Domini. Deinde sequuntur homiliae super epistulas festorum Dedicationis ecclesiae, omnium apostolorum, sanctorum martyrum, sacerdotum et virginum atque nonnullae aliae. Quibus succedit fol. 114ª—115ª Ammonitio sive praedicatio sancti Bonifatii episcopi de abrenuntiatione in baptismate. Fol. 115ᵇ denique leguntur nonnulla dicta S. Augustini et fragmentum Doctrinae apostolorum. Hoc B. Pez una cum sermone S. Bonifatii de abrenuntiatione in baptismate imprimendum curavit et ego infra accuratius edidi. Dicta autem illa sunt verba, quibus Augustinus librum de fide et symbolo terminavit, scilicet: *Haec est fides, quae paucis verbis tenenda in symbolo novellis Christianis datur. Quae pauca verba fidelibus nota sunt, ut credendo [subiugentur Deo], subiugati recte vivant, recte vivendo cor mundent, corde mundato quod credunt intellegant.* Verba *subiungentur Deo,* quae uncinis inclusi, desunt in codice [1]).

Quando versio exorta est? Inde quod Lactantius Divin. Instit. VI, 3 de duabus viis agens etiam de duobus ducibus viis praepositis dicit atque sectatores viarum alterum luce perenni potiri, alterum ad occasum et tenebras deferri exponit, colligendum esse videtur, hunc scriptorem iam textum nostrum latinum cognitum habuisse, qui doctrinam de duabus viis proponens solus imagines illas omnes exhibet. Praeterea denotare licet, Lactantium Epit. c. 64 praeceptis non occidendi, non adulterandi, non falsi testimonii dicendi propositis de adulando agere et de hoc vitio dicentem propius ad versionem nostram accedere, in qua (2, 6) ὑποκριτής adulator appellatur. Attamen Lactantium versionem legisse minime certum est. Div. Instit. VI, 3 accuratius inspiciens cognosces, sententiis vel imaginibus apud gentilibus usitatis eum commotum fuisse, ut de ducibus duabus viis praepositis atque de luce et tenebris diceret

1) Cf. *Theologische Quartalschrift* 1886 p. 650—655.

(cf. adnot. ad 1, 1), et si hoc ita est, alteri argumento nimium ponderis non est attribuendum. Cum Lactantius Epit. c. 64 quattuor tantum peccata impugnet et quidem tria, quae in Decalogo quoque enumerantur, dubitaverim, num locum scribens Doctrinam apostolorum in mente habuerit, et ex versione latina ipsius expositio eo minus repetenda est, cum ad peccata designanda, voce *adulari* sola excepta, aliis prorsus verbis utatur quam Latinus. Sin autem Lactantius versionis testis non est habendus, de quaestione supra proposita id tantum cum certitudine dici potest, versionem ante saeculum IX vel X confectam esse, quo tempore codex Mellicensis scriptus est. Rufinus et Pseudocyprianus, Latini ceteri, qui Doctrinam apostolorum cognitam habuerunt, ad quaestionem solvendam nihil conferunt, cum ille praeter titulum scripturae nihil exhibeat, hic locum alleget ex ea Doctrinae parte, quae in versione deest. Attamen considerans, patres latinos veteres nullam fere scripturae notitiam prodere, non sine iure concludere mihi videor, versionem tempore potius recentiore quam antiquiore exaratam esse. Si enim Doctrina iam saeculis prioribus apud Latinos circumferebatur, nonne mirum est, in sermonibus ad catechumenos et competentes crebris, qui ex saeculis IV—VII ad nos pervenerunt, eius nusquam fieri mentionem? Aut fortasse ponendum est, scripturam quidem dignam existimatam fuisse, quae in linguam latinam transferretur, translatam vero prorsus neglectam fuisse [1])?

Quomodo scriptura latina confecta est? Eam non puram versionem textus graeci esse iam Gebhardt vidit. Latinus aliquot verba habet, quae nullus alius testis agnoscit, scilicet 1, 1 *in saeculo,* 1, 2 *aeternum,* 2, 6 *cupidus.* Deinde 1, 1 nonnulla exhibet, quae nonnisi in epistula Barnabae vel in Hermae Pastore leguntur. Porro ordo sententiarum 2, 2. 3 in fragmento latino plane singularis est. Duo tantum commemorentur. Cum reliqui testes, scilicet Doctrina apostolorum graeca vel codex Constantinopolitanus, Canones ecclesiastici, Constitutiones apostolorum et Syntagma Doctrinae (in quo autem mandatum secundum non transcriptum est; Barnabas praetermittendus est, cum ordinem

1) Cf. *Theologische Quartalschrift* 1887 p. 359—61.

sententiarum prorsus deturbaverit), particulam mandato non occidendi incipiant et mandato falsi testimonii non dandi locum undecimum attribuant, Latinus illud mandatum secundo, hoc tertio loco ponit, exordium praecepto non adulterandi faciens. Denique apud Latinum aliqua verba desunt, quae apud reliquos testes (sc. οὐ κλέπτεις 2, 2) vel saltem in codice Constantinopolitano (ἀλλὰ μεμεστωμένος πράξει 2, 5) leguntur. Interpres igitur, cum a testibus ceteris omnibus tantopere discedat, vix exemplar graecum fideliter transtulisse putandus est, sed potiore iure est concludendum, eum versionem ita confecisse, ut exemplari graeco nonnulla seu de suo seu de aliqua alia scriptura adderet, nonnulla mutaret vel omitteret. Alias statuendum esset, illud exemplar una cum reliquis eiusdem recensionis exemplaribus deinceps aut brevi deperiisse aut ab omnibus neglectum fuisse [2]).

Warfield [3]) quidem aliter sentit vel censet, Latinum non a Barnaba aliquid esse mutuatum, sed potius ambo, interpretem et Barnabam, recensione Doctrinae apostolorum vetustiore pariter usos esse, et inde proficiscens, quod alias exordium Doctrinae latinae vel verba: *in his constituti sunt angeli duo, unus aequitatis, alter iniquitatis*, non solum a Barnaba (18, 1), sed etiam a Pastore Hermae (Mand. VI, 2, 1) pendere putanda essent, ad sententiam illam reprobandam ita argumentatur: nisi statuerimus, Latinum et Barnabam e communi fonte hausisse vetustissimo, nobis ponendum esse: 1) Hermam locum composuisse, Barnabam deturbasse et Latinum (casu) ab huius forma in illius formam redegisse; 2) Barnabam locum scripsisse, Latinum autem et Hermam, alterum ab altero non pendentem, adeo similiter mutasse; 3) Barnabam et Latinum invicem se non respicientes ab Herma velut auctore loci principe mutuatos esse; 4) Latinum a Barnaba atque Hermam a Latino pendere; omnes vero has solutiones aequaliter a veri similitudine abhorrere. At

2) Latinam Barnabae epistulam respexisse etiam Mc Giffert sentit in *The Andover Review* V, 430—442 cf. VI, 84.

3) Bibliotheca sacra 1886 p. 106. *The Andover Review* VI, 85 sq. Cf. stemma supra p. XXVII propositum. In tractatu priore, quem Schaff in sua Doctrinae editione p. 220—225 inseruit, Warfield textum latinum etiam Barnabae fontem esse iudicavit.

de loco vel locis non illis tantum modis sentiendum est. Cogitare quoque licet, Latinum respexisse et Barnabam et Hermam horumque dicta in unum conflavisse, atque haec sententia illi eo magis praeferenda est, cum Warfield praeterea ponat necesse sit, exemplar illud sane antiquissimum, quo Barnabas usus est, iam corruptum fuisse. Similiter multi alii locos scriptorum diversorum similes in unum contraxerunt. Lectorem ad Iustinum martyrem sufficit provocare, qui mandatum maximum vel mandatum amoris Dei (Matth. 22, 36—38) ita allegat, ut verbis quoque utatur, quae Dominus Satanae se tentanti dixit (Matth. 4, 10) eisque, ut iam supra vidimus, etiam verba Doctrinae apostolorum addat. Scripsit enim Apol. I, 16: Ὡς δὲ καὶ τὸν θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν εἰπών· Μεγίστη ἐντολή ἐστι· κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, κύριον τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε. Quod si Iustinus fecit, estne difficilius intellectu, interpretem nostrum exordium Doctrinae verbis Barnabae aliquot illustrasse et amplificasse atque Barnabae verbis pauca similia e Pastore Hermae addidisse?

# ADDENDA.

Ad Doctr. 1, 2. Locis regulam auream continentibus notatis adde S. Augustini sermonem de symbolo vel ad catechumenos alterum c. 6, ubi legimus: Ad diem et mortem latentis peccati lex ista est generalis: Quod tibi non fieri vis, alii ne feceris. Aug. Opp. ed. Bened. Venet. 1763 VII, II, 1634.

Ad Doctr. 6, 3 cf. etiam Martyrium Sanctorum Carpi et Papyli et Agathonices, quod B. Aubé, *L'Église et l'État dans la seconde moitié du III^e siècle* 1885 p. 499—506, nuper primus edidit. Consuli monenti, ut sacrificet diis, Carpus respondet: *οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς οὐ θύουσιν* (p. 501).

Ad Doctr. 9, 2. Vitem David h. l. commemoratam Behm (cf. p. LI) respiciens Iust. Dialog. c. 110, ubi vitis a Deo et Christo salvatore plantata ipsius populus declaratur, vix recte, de populo Dei (cum capite arctissime coniuncto) interpretatur.

I. B. de Rossi (cf. p. LII) e disciplina quam dicunt arcani explicat, quod Doctrina de eucharistia agens de mysterio corporis et sanguinis redemptoris non verba facit, de quo praeter Paulum apostolum I Cor. 10, 16 Ignatius ad Smyrn. 7, 1 et Iustinus Apol. I, 65—67 diserte loquuntur. Verba Doctrinae 7, 2. 3 per auctorem Constitutionum apostolorum idem censet ideo esse suppressa, quia eius tempore iam piscinae baptismales exstabant, ita ut aqua ad hominem immergendum necessaria raro deesset atque forma immersionis, nisi baptizandus fuit aegrotus, fere semper adhiberi posset.

Ad pag. XLVIII. Versio hungarica apparuit 1884 (non 1885) et in ephemeride *Magvetö-Böl* (non *Magneto*).

Ad pag. LI addas: Bonhöffer, *Der religiöse Standpunkt der Zwölfapostellehre* in *Theologische Studien aus Württemberg* VIII, 151—178. Ludovicoburgi 1887.

# TEXTUS.

# ΔΙΔΑΧΗ
## ΤΩΝ ΔΩΔΕΚΑ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

---

Διδαχὴ κυρίου διὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῖς ἔθνεσιν.

I. Ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν. 2. Ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς

Tit. Codex duos exhibet titulos, de quibus magna controversia exorta est. Quaeritur, num uterque genuinus sit, et si non, uter auctori sit attribuendus. Plerique, qui unum authenticum putant, secundum praeferunt, cum minus sit verisimile, posteriores breviori titulo longiorem substituisse, et si recte sentiunt, vox *ἔθνη* de Christianis e gentilibus intellegenda est, quem sensum in litteris christianis veteribus saepius habet. Harnack contulit Rom. 11, 13 (?); Gal. 2, 12. 14; Eph. 3, 1; Testam. patriarch. XII, 11 et inscriptiones epistulae ad Hebraeos et Evangelii secundum Hebraeos. Titulus ergo titulis harum scripturarum similis esset, in quibus Hebraei sunt Christiani ex Iudaeis. Sententiae dicunt neque patres obstare, qui titulum breviorem omnes allegant, neque verba *ταῦτα πάντα προειπόντες βαπτίσατε* 7, 1, e quibus partem scripturae priorem ad catechumenos instruendos destinatam fuisse eluceat; Christianos certe fuisse, qui sermonem pronuntiaverint, et verba *κυρίου διά* facile a posterioribus omitti potuisse, quippe qui scripturam ab apostolis ipsis confectam esse putaverint nec perspexerint, quo sensu *διδαχὴ κυρίου* appellata sit. Argumenta, quibus sententia nititur, non parvi aestimanda sunt. Attamen ei assentiri non possum. Cum pars scripturae prior seu ea, quae titulum protinus sequitur, de catechumenis instituendis agat, vox *ἔθνη* potius de gentilibus ad Christianam religionem se convertentibus quam de Christianis e gentilibus intellegenda est. Inde autem, quod titulus ad partem scripturae tantum refertur, non est colligendum, scripturam olim ex capitibus I—VI solis constitisse aut titulum longiorem a librario adiectum esse. Cum dimidia fere scripturae pars catechumenis erudiendis inserviret, auctor ipse titulum longiorem priori addere potuit, ut indicaret, quibus pars illa destinata esset. Si res ita se habet, alius sane titulus parte priore finita exspectan-

# DOCTRINA
## DUODECIM APOSTOLORUM.

---

Doctrina Domini per duodecim apostolos gentibus tradita.

I. Duae viae sunt, altera vitae et altera mortis, sed multum interest inter duas vias. 2. Via igitur lucis haec est:

dus esse videtur. Titulus vero ab auctore facile omitti potuit, cum verbis *ταῦτα πάντα προειπόντες* satis clare partem alteram incipere indicaret. — Voces *διδαχὴ τῶν ἀποστόλων* et *διδαχὴ τοῦ κυρίου* etiam in S. Scriptura leguntur, illae Act. 2, 42, hae Act. 13, 12. Tit. 2, 10 *διδασκαλία τοῦ σωτῆρος*, II Ioann. 9 *διδαχὴ τοῦ Χριστοῦ* commemoratur. Iustinus Apol. I, 53 *τῆς παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ* (sc. *Ἰησοῦ*) *διδαχῆς* mentionem facit. Auctor Ascensionis Iesaiae (saeculo II ineunte ut videtur conscriptae) c. 3 ed. Dillmann p. 13 scribit, Christo adveniente praedicaturos esse discipulos eius doctrinam duodecim apostolorum. Vocem *δώδεκα* Warfield (Biblioth. sacra 1886 p. 110) in titulo breviore, quem solum genuinum habet, delendam esse putat, cum neque a Latino neque a patribus scripturam laudantibus agnita sit. Sed res ex contrario evenisse videtur. Longe enim verisimilius est, titulum a patribus abbreviatum quam a librario amplificatum fuisse. Auctori vox ideo quoque addenda erat, quia etiam de aliis apostolis quam de duodecim loqui voluit. Cf. 11, 3.

I, 1. De viis in S. Scriptura sexcenties sermo est, de via Domini et de via hominum, de via iustorum et de via peccatorum, de via aequitatis et de via iniquitatis etc. Viae vitae et mortis commemorantur Ierem. 21, 8. Cf. Baruch 4, 1; Prov. 12, 28; Matth. 7, 13—14. Barnabas 18, 1, descriptionem duarum viarum exordiens, loquitur de via lucis et de via tenebrarum (I Ioann. 1, 5—7); 19, 2 et 20, 1 autem etiam viam mortis dicit. Auctor Testam. patriarch. X, 1 de viis boni et mali loquitur. Clemens Alexandrinus cum Strom. V, 5, 31 p. 664 ed. Potter scribat, duas vias statuere Evangelium et a p o s t o l o s et prophetas (Ps. 1), credere aliquis possit, eum initium Doctrinae apostolorum ante oculos habuisse. Res vero non est certa. Clemens potuit etiam I Ioann. 1, 5—7 respicere.

ζωῆς ἐστιν αὕτη· *πρῶτον ἀγαπήσεις τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, δεύτερον τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν*· *πάντα* δὲ ὅσα ἐὰν *θελήσῃς* μὴ γίνεσθαί σοι, *καὶ* σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει. 3. Τούτων δὲ τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη· *Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν*

2. *πρῶτον ἀγαπήσεις κτλ.*] Vocibus *πρῶτον* et *δεύτερον* et mandata amoris Dei et proximi coniungens auctor prodit se Novum Testamentum respexisse, ubi verba leguntur Matth. 22, 37—39; Marc. 12, 30—31. Vetus Testamentum mandata diversis locis exhibet, alterum Deut. 6, 5, alterum Lev. 19, 18. Primum mandatum valde abbreviatum redditur. Auctor non solum vocem *κύριον* ante *τὸν θεόν*, sed etiam verba *ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου κτλ.* omisit, quibus gradus amoris exprimitur. Altera ex parte addidit *τὸν ποιήσαντά σε* ex Sirach 7, 30, ubi legimus: *ἐν ὅλῃ δυνάμει ἀγάπησον τὸν ποιήσαντά σε.* Cf. Deut. 32, 6. — *πάντα δὲ κτλ.*] Matthaeus 7, 12 mandatum his verbis exhibet: *πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.* Similiter Lucas 6, 31. Evangelistae igitur vocem *μή* omittunt. Eodem autem modo quo in Doctrina, i. e. negative expressa sententia persaepe apud veteres exstat. In codice Cantabrigiensi et nonnullis aliis codicibus, in Irenaei libro adv. haeres. III, 12, 14 et in Cypriani libro ad Quirinum III, 119 (Cypr. opp. ed. Hartel I, 184) tanquam additamentum ad Act. 15, 20 et 29 legitur. Act. 15, 20 enim post verba *ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος* additur: *καὶ ὅσα μὴ θέλωσιν αὐτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν*, Act. 25, 29: *καὶ ὅσα μὴ θέλητε ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέρῳ μὴ ποιεῖτε.* Cf. Westcott-Hort, *The New Test. Notes* p. 96. Similiter Theophilus in libro ad Autolycum II, 34 postquam dixit, per legem et sanctos prophetas nos edoctos fuisse, *ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς ἀθεμίτου εἰδωλολατρείας καὶ μοιχείας καὶ φόνου, πορνείας, κλοπῆς, φιλαργυρίας, ὅρκου ψεύδους, ὀργῆς καὶ πάσης ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας*, pergit scribens: *καὶ πάντα ὅσα ἂν μὴ βούλεται ἄνθρωπος ἑαυτῷ γίνεσθαι, ἵνα μηδὲ ἄλλῳ ποιῇ.* Deinde sententia legitur in Pseudo-Theophili libro Allegoriarum III, 31 (Ed. Zahn, *Forschungen* II, 61), in inscriptione Iuliae Concordiae inventa (de Rossi, Bulletino 1874 p. 137), et in Vita Alexandri Severi c. 51, ubi Lampridius narrat, imperatorem clamasse saepius, quod a quibusdam sive Iudaeis sive Christianis audisset et teneret, idque per praeconem, cum aliquem emendaret, dici iussisse: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris; quam sententiam usque adeo eum dilexisse, ut et in palatio et in publicis operibus eam perscribi iuberet. In Recognitionibus Clement. VIII, 58 haec leguntur: Omnis propemodum actuum nostrorum in eo colligitur observantia, ut quod ipsi pati nolumus, ne hoc aliis inferamus; sicut enim ipse occidi non vis, caveas oportet ne alium occidas, et sicut tuum non vis violari matrimonium, nec tu alterius macules torum, furtum pati non vis, nec ipse facias; et intra

*primum diliges Deum, qui te creavit, deinde proximum tuum sicut te ipsum; omnia* vero, *quaecunque* non *vis* tibi fieri, nec tu alteri facias, 3. Doctrina autem horum verborum haec est:

hanc regulam humanorum gestorum singula quaeque concurrunt. Denique Constitutiones apostolorum commemorentur, quae, praeter librum VII, 1, sententiam bis exhibent, I, 1 et III, 15, eamque hoc loco sic expressam: *ὃ μισεῖς σοι γενέσθαι, οὐδὲ ἄλλῳ σὺ ποιήσεις.* Sententia autem non solum apud Christianos, sed etiam apud Iudaeos usitata neque gentilibus incognita fuit. Tob. 4, 15 legimus: *ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς*, quem locum Clemens Alex. Strom. II, 23, 139 p. 503 verbis reddit: *ὃ μισεῖς, ἄλλῳ οὐ ποιήσεις.* Philon in libro de Iudaeorum exodo de Aegypto deperdito dictum commemoravit: *ἅ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν.* Cf. Eus. Praepar. evang. VIII, 7. Teste Talmud (Babyl. Sabbat 31 a) Rabbi Hillel officia erga proximum verbis comprehendit: Quod tibi displicet, id alteri ne facias. Isocrates (Nicocles c. 61 ed. Benseler p. 40 sq.) scribit: *ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοὺς ἄλλους μὴ ποιεῖτε.* Sinenses sententiam non ignorasse ex iis apparet, quae scripsit Bülffinger in Specimine doctrinae vet. Sin. 1724 p. 53—55, atque Taylor in libro de Doctrina duodecim apostolorum (*The Teaching of the Tw. Ap.* 1886) p. 10 adnotavit. Cf. J. Bernays, *Ges. Abhandlungen* I (1885), 274—76. Inter Christianos testis sententiae in formam negativam redactae primus est auctor noster, et cum S. Scriptura sententiam positive expressam exhibeat, conicere licet, Doctrinam esse fontem principalem, ex quo posteriores hauserint. Auctor Doctrinae autem formam illam ipse creasse putari potest, cum infra 4, 12. 13 quoque dicta S. Scripturae positiva modo negativo reddat.

3. *τούτων δὲ τ. λ. ἡ διδαχή*] Indicatur explicatio verborum praecedentium, et quidem omnium, cum auctor unum vel alterum mandatum solum explicare se velle non dicat. Erraverunt ergo, qui respicientes 2, 1 atque hunc locum de mandato amoris proximi interpretantes verba *τούτων τῶν λόγων* ad mandatum amoris Dei referebant. Revera verbis *εὐλογεῖτε κτλ.* non hoc, sed alterum mandatum maxime explicatur. Quod autem verba *εὐλογεῖτε κτλ.* ad sententias propositas explanandas primum allegantur, id inde explicandum esse videtur, quod illa verba in eadem S. Scripturae parte exstant, in qua sententia tertia: *πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς κτλ.*, etiamsi non prorsus iisdem verbis expressa, legitur, scilicet in sermone Domini in monte pronuntiato. Partem sequentem, *εὐλογεῖτε — διδαχῆς* 2, 1, plures interpolatam esse putarunt, ita ut verbis *διδαχή ἐστιν αὕτη* protinus adiungenda essent verba *οὐ φονεύσεις κτλ.* 2, 2. Particula quidem deest in fragmento latino, in Barnabae epistula et in Canonibus ecclesiasticis. Cum autem per Pastorem Hermae et Constitutiones apostolorum agnoscatur, genuina habenda est. Cf. quae de ea disputavi in Prolegomenis. — *εὐλογεῖτε — διωκόντων ὑμᾶς*] Verba omnia leguntur Matth. 5, 44. Modo

καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, νηστεύετε δὲ ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς· ποία γὰρ χάρις, ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς; οὐχὶ καὶ τὰ ἔθνη τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; Ὑμεῖς δὲ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν. 4. *Ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν.* Ἐάν τις σοι δῷ ῥάπισμα εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, καὶ ἔσῃ τέλειος· ἐὰν ἀγγαρεύσῃ σέ τις μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο· ἐὰν ἄρῃ τις τὸ ἱμάτιόν σου, δὸς αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα· ἐὰν λάβῃ τις ἀπὸ σοῦ τὸ σόν, μὴ ἀπαίτει· οὐδὲ γὰρ δύνασαι. 5. ***Παντὶ τῷ αἰτοῦντι***

*νηστεύετε* deest in S. Scriptura; vocem *ἐχθρῶν* evangelista non post *προσεύχεσθε* posuit, ubi habet *ἐπηρεαζόντων*, sed ante *εὐλογεῖτε*, verba nonnulla praemittens. Versus enim S. Scripturae hic est: *ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς.* Cf. Luc. 6, 27. Rom. 12, 14. Mandata hic proposita etiam in Clem. Hom. XII, 32 inde colliguntur, quod Christianus proximum diligere debet sicut se ipsum, et postquam Pseudoclemens plura exempla attulit, concludit, ut uno verbo dicat: *ὃ θέλει ἑαυτῷ, θέλει καὶ τῷ πλησίον,* scilicet *ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν ὡς ἑαυτόν.* Phrasis *νηστεύειν ὑπὲρ τῶν διωκόντων* praeter hunc locum in litteris christianis nusquam invenitur. Auctor Constitutionum apostolorum verba omisit. Origenes in Hom. X in Lev. (de la Rue II, 246) quidem de ieiunandi ratione loquitur religiosa, cuius laus quorundam apostolorum litteris praedicetur, cum in quodam libello ab apostolis dictum inveniatur: Beatus est, qui etiam ieiunat pro eo, ut alat pauperem. Sed sensus huius loci alius est ac sensus verborum Doctrinae. — *ποία — ἀγαπῶντας ὑμᾶς*] Haec scribens auctor non solum Matth. 5, 46 respexit, sed hunc locum et Luc. 6, 32 in unum conflavit. Voces *γὰρ ἐάν* habet Matthaeus, cum Lucas scribat *καὶ εἰ.* Verba *ποία χάρις* exhibet hic, cum Matthaeus dicat: *τίνα μισθὸν ἔχετε.* Membra sententiae apud utrumque evangelistam invertuntur. — *οὐχὶ κτλ.*] Matth. 5, 46. 47. Versu 47 haec leguntur: *οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ οὕτως ποιοῦσιν;* Verba *τὸ αὐτό* exhibet versus 46, in quo locum gentilium obtinent publicani. Lucas 6, 32. 33 de peccatoribus dicit. — *ἀγαπᾶτε τ. μ. ὑμᾶς*] Verba leguntur, modo aliter disposita, Matth. 5, 44 et Luc. 6, 27. 28. Contextus etiam magis Luc. 6, 35 in memoriam revocat, ubi evangelista, postquam 6, 32—34 exposuit, hominibus nullam esse gratiam iis tantum benefacientibus, qui ipsis benefacerent, pergit scribens: *πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ ἀγαθοποιεῖτε κτλ.* — *καὶ οὐχ ἕξετε ἐ.*] Num praeceptum dat auctor, an indicat, quod eis eventurum est, qui inimicos diligunt? Huic interpretationi quidem favet Lucas 6, 35, verbis modo laudatis addens: *καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς κτλ.*

*Benedicite maledicentibus vobis* et *orate pro inimicis vestris*, ieiunate *pro persequentibus vos; quae* enim *gratia, si diligitis eos, qui vos diligunt? Nonne et gentes idem faciunt?* Vos autem *diligite eos, qui oderunt vos*, neque inimicum habebitis. 4. *Abstine a carnalibus* et corporalibus *cupiditatibus.* Si quis tibi plagam intulerit *in dexteram maxillam, praebe illi et alteram*, et *eris perfectus;* si quis *angariaverit te mille passus, vade cum illo duo milia;* si quis sustulerit *pallium tuum*, da *ei et tunicam;* si quis abstulerit a te, *quod tuum est, ne repetas;* neque enim

Illa autem praeferenda est. Infra 2, 7 Doctrina dicit: *οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον.*

4. 5. *σωματικῶν* cod: *κοσμικῶν* Constit. ap. VII, 1 et plures edd., praesertim Bryennius. — *ἀπέχου κτλ.*] I Petr. 2, 11. Cf. Tit. 2, 12; II Clem. 17, 3 (*κοσμικαὶ ἐπιθυμίαι*). Si contextum respexeris, haec verba vix de cupiditatibus immundis, sed potius de desideriis hominum cupidinem carnis sequentium in universum interpretaberis. Auctor dicere videtur: devitans cupiditates carnales, si quis te percusserit in maxillam dexteram, noli repercutere, sed potius praebe et alteram maxillam. — *ἐάν τις κτλ.*] Matthaeus 5, 39 exhibet: *ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιὰν κτλ.* Cf. Luc. 6, 29. — *ἔσῃ τέλειος*] Auctor haud dubie respexit Matth. 5, 48, ubi evangelista laudatis singulis Domini praeceptis ad perfectionem christianam pertinentibus concludit: *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστιν.* Vox etiam infra 6, 2 legitur; verbum *τελειοῦν* 10, 5; 16, 2. Cf. Matth. 19, 21. Luc. 6, 40. — *ἐὰν ἀγγαρεύσῃ κτλ.*] Matth. 5, 41. Lucas hanc particulam non habet. — *ἐὰν ἄρῃ κτλ.*] Matth. 5, 40, ubi autem voces *ἱμάτιον* et *χιτών* invertuntur. Luc. 6, 29 has voces eodem quidem ordine posuit, quo Doctrina, sed alias ab huius textu magis discrepat. — *ἐὰν λάβῃ κτλ.*] Luc. 6, 30. Matthaeus haec non habet. Una ergo sententia huius versus apud Lucam, una apud Matthaeum deest. Utraque vero in Tatiani Diatessaron exstat. In hoc libro praeterea quattuor huius versus sententiae in eodem ordine quo in Doctrina leguntur, et quarta in ea forma, quae in hac, neque vero in S. Scriptura invenitur. Cf. Zahn, *Forschungen* I, 133 sq. Consensus itaque tantus est, ut alter liber ab altero pendere iure meritoque censeatur. Quis autem posterior sit, auctor Doctrinae an Tatianus, vix dubium est. — *οὐδὲ γὰρ δύνασαι*] scilicet *ἀπαιτεῖν παρ' ἀσεβῶν καὶ ἐξουσίαν ἐχόντων διαρπάζειν τὰ τῶν Χριστιανῶν*, ut interpretatur Bryennius. Ioannes Climacus in loco in Prolegomenis laudato, qui huc pertinere videtur, summum pietatis fastigium in eo esse dicit, quod aliquis ea, quae ipsi auferuntur, etiamsi potest, non repetit.

5. *παντὶ κτλ.*] Haec sententia legitur Luc. 6, 30, ubi autem pars altera ita amplificata est: *καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει.* Mat-

*σε δίδου καὶ μὴ ἀπαίτει·* πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ πατὴρ ἐκ τῶν ἰδίων χαρισμάτων. Μακάριος ὁ διδοὺς κατὰ τὴν ἐντολήν· ἀθῶος γάρ ἐστιν. Οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι· εἰ μὲν γὰρ χρείαν ἔχων λαμβάνει τις, ἀθῶος ἔσται· ὁ δὲ μὴ χρείαν ἔχων δώσει δίκην, ἱνατί ἔλαβε καὶ εἰς τί· ἐν συνοχῇ δὲ γενόμενος ἐξετασθήσεται περὶ ὧν ἔπραξε, καὶ *οὐκ ἐξελεύσεται ἐκεῖθεν, μέχρις οὗ ἀποδῷ τὸν ἔσχατον κοδράντην.* 6. Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου δὲ εἴρηται· *Ἱδρωσάτω ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς τὰς χεῖράς σου, μέχρις ἂν γνῷς, τίνι δῷς.*

II. Δευτέρα δὲ ἐντολὴ τῆς διδαχῆς· 2. *Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις,* οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ πορνεύσεις, *οὐ κλέψεις,* οὐ μαγεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ οὐδὲ

thaeus 5, 42 nec secundam partem nec vocem *παντί* habet. Hunc versum et 4, 7 exscripsit Hermas in Mandato II, 4—6. Cf. Prolegomena. — *πᾶσι κτλ.*] Similiter Zabulon in Testam. duod. patriarch. VI, 7 dicit: *καὶ ὑμεῖς οὖν, τέκνα μου, ἐξ ὧν παρέχει ὑμῖν ὁ θεός, ἀδιακρίτως πᾶσι σπλαγχνιζόμενοι ἐλεᾶτε καὶ παρέχετε παντὶ ἀνθρώπῳ ἐν ἀγαθῇ καρδίᾳ.* — *μακάριος — ἐντολήν*] Cf. Matth. 5, 7, ubi misericordes beati praedicantur. Hunc locum auctor fortasse ante oculos habuit. Verisimilius autem est eum mandatum respexisse, quod versu ineunte legitur, sc. *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου.* Sirach 29, 11 scribit: *θὲς τὸν θεσαυρόν σου κατ' ἐντολὰς ὑψίστου, καὶ λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον.* — *οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι κτλ.*] Cf. fragmentum sub nomine Clementis Alex. traditum, quod exscripsi in Prolegomenis. — *ἐν συνοχῇ*] *εἰς φυλακήν* Matth. 5, 25. Luc. 12, 58. — *οὐκ ἐξελεύσεται κτλ.*] Matth. 5, 26. Lucas 12, 59 non vocem *κοδράντην* habet, sed *λεπτόν*, et post *οὗ* inserit particulam *καί*.

6. 7. *δὲ* cod : *δὴ* Br(yennius) | *ἱδρωσάτω* em Br : *ἱδρωτάτω* cod, con *ἱδρυσάτω* Hilgenfeld, *μὴ δραχθήτω* Zahn, *ἱερωτάτη* Potwin. — *εἴρηται*] sc. in Scriptura. Cf. 16, 7. Quae est autem Scriptura, quam auctor respexit? Taylor, *The Teaching* p. 11—18, de verbis Gen. 3, 19 cogitavit: In sudore vultus tui vesceris pane, et interpretatus est: manus tuas imple sudore laboris tui, et de fructibus laboris dispone, dum quaeris, cui des; vel: labora tamdiu, donec cognoveris, cui des. Interpretatio vero exemplis allatis non confirmatur. Inprimis verba Pseudo-Athanasii in Quaest. ad Antioch. ducem 88 (Migne, P. Gr. t. 28 p. 651): *καὶ ἄλλος πάλιν ὁ μισθὸς τοῦ γεωπόνου ἐξ ἰδίου ἱδρῶτος ποιοῦντος συμπάθειαν, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ ἄρχοντος τοῦ ἀπὸ δώρων καὶ προσόδων παρέχοντος,* locum nostrum nequaquam illustrant. Sententia clarissima est. De variis eleemosynae generibus agens Pseudo-Athanasius dicit, eleemosynam agricolae, qui ex proprio sudore misericordiam exerceat, plus valere ac pluris aestimandam esse, quam eleemosynam principis, qui ex donis et proventibus det. Pauper ergo misericors opponitur diviti benefico, cum in Doctrina

potes. 5. *Omni petenti te tribue neque repetas;* omnibus enim pater vult tribui ex suis donis. Beatus, qui dat secundum mandatum; innocens enim est. Vae ei, qui accipit; etenim si quis indigens quidem accipit, innocens erit; qui autem non indigens accipit, rationem reddet, quare acceperit et ad quid; in vinculis constitutus inquiretur de eis, quae fecit, neque *exibit inde, donec reddiderit novissimum quadrantem.* 6. Sed de hac re quoque dictum est: *Sudato eleemosyna tua in manibus tuis, donec cognoveris, cui des.*

II. Secundum autem mandatum doctrinae: 2. *Non occides, non adulterium facies,* pueros non corrumpes, non fornicaberis, *non furaberis,* non incantabis, venenum non miscebis, non interficies foetum in abortione neque interimes infantem natum, *non*

discrimen eiusmodi non fiat. Auctorem insuper Gen. 3, 19 non in mente habuisse inde sequitur, quod non solum sententiam, sed etiam verba allegare voluit. Itaque fatendum est, Scripturam illam nos latere. Sensus est: maneat eleemosyna tua in manibus tuis, quamvis eo, quod diu retinetur, calida fiat, donec cognoveris, cui des. Similis sententia legitur Sirach 12, 1—6: *ἐὰν εὖ ποιῇς, γνῶθι, τίνι ποιεῖς κτλ.* Idem scribit iuxta LXX 29, 12, postquam versu praecedente ad dandum admonuit: *σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου, καὶ αὕτη ἐξελεῖταί σε ἐκ πάσης κακώσεως,* cum Vulgata 29, 15 vertat: conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo. Oracula Sibyll. II, 79 exhibent: *ἱδρῶσι σταχύων χειρὶ χρῄζοντι παράσχου. — μέχρις ἂν γνῷς τ. δ.*] His verbis auctor mandatum diminuit, quod supra verbis *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου κτλ.* proposuerat. Attamen non plane sibi repugnat. Non distincte saltem dicit nonnullis forte eleemosynam non esse dandam. Praeterea verba cum alterius sint, non auctoris, non nimis urgenda sunt.

II, 1. Plurimi *δευτέραν ἐντολὴν τῆς διδαχῆς* de mandato secundo vel de mandato amoris proximi intellexerunt. Cum autem in parte praecedente non de mandato primo vel de mandato amoris Dei agatur, verba aliter explananda sunt. Auctor in hac parte non mandatum secundum explicare, sed potius aliud mandatum vel alia mandata ad sententias supra propositas explicandas exhibere vult; prosequitur, ut aliis verbis dicam, explicationem trium sententiarum, quam supra incepit, explicationi priori alteram adiciens. Explicationem autem illam non simpliciter continuat, sed aliam exhibet, respiciens Matth. 19, 16—19, ubi Dominus descriptionem viae vitae iisdem verbis incipit, adulescenti interroganti, quid boni faciat, ut habeat vitam aeternam vel ad vitam ingrediatur, respondens: Non homicidium facies, non adulterabis etc.

γεννηθὲν ἀποκτενεῖς, *οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον.* 3. *Οὐκ ἐπιορκήσεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις,* οὐ κακολογήσεις, οὐ μνησικακήσεις. 4. Οὐκ ἔσῃ διγνώμων οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἡ διγλωσσία. 5. Οὐκ ἔσται ὁ λόγος σου ψευδής, οὐ κενός, ἀλλὰ μεμεστωμένος πράξει. 6. Οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης οὐδὲ ἅρπαξ οὐδὲ ὑποκριτὴς οὐδὲ κακοήθης οὐδὲ ὑπερήφανος. Οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλησίον σου. 7. Οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον, ἀλλὰ οὓς μὲν ἐλέγξεις, [οὓς δὲ ἐλεήσεις], περὶ δὲ ὧν προσεύξῃ, οὓς δὲ ἀγαπήσεις ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου.

2. 1. *γεννηθέν* c. Barn. Const. ap.: *γεννηθέντα* cod. — Mandata *οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις* et (v. 3) *οὐ ψευδομαρτυρήσεις,* Exod. 20, 13—16 aliter disposita, Deut. 5, 17—20 quidem eundem ordinem obtinent. Ex ratione autem in nota praecedente proposita et cum mandato *οὐ ψευδομαρτυρήσεις* non sint adiecta verba *κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ,* quae Deut. 5, 20 leguntur, auctor non Vetus Testamentum, sed Matth. 19, 18 respexisse putandus est. Animadvertendum est, quod etiam infra c. 3 et 5 catalogi peccatorum exhibentur et ubique homicidio primus, adulterio vel fornicationi secundus locus attribuitur. Similiter hic et c. 5 furtum et magia vel idololatria sibi succedunt, cum 3, 4 idololatria furto 3, 5 anteposita sit. — *οὐ μοιχεύσεις κτλ.*] Clemens Alex. scribit Paedag. III, 12, 89 p. 305: *Ἔστιν ἡμῖν ἡ δεκάλογος ἡ διὰ Μωϋσέως . . . περιγράφουσα· οὐ μοιχεύσεις, οὐκ εἰδωλολατρήσεις, οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις.* Cf. Paedag. II, 10, 89 p. 223. Protrept. 10, 108 p. 85. Cum autem in S. Scriptura vox *παιδοφθορήσεις* non exstet, conicere licet, doctorem Alexandrinum verba illa scribentem Doctrinam apostolorum ante oculos habuisse. Epistulam Barnabae 19, 4 eum respexisse minus verisimile est, cum in ea duo mandata (*οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις*) desint. — *οὐ παιδοφθορήσεις*] Mandatum in Decalogo non legitur, exstat autem aliis verbis expressum Lev. 18, 22; 20, 13. Cf. Rom. 1, 27. I Cor. 6, 9. Auctor hoc mandatum et sequens praecedenti addidit, ut praeter adulterium etiam alia peccata castitati adversantia interdiceret. — *οὐ πορνεύσεις*] Haec verba nec in Decalogo nec Matth. 19, 18 leguntur. Cum autem fornicatio gentilibus plurimis non illicitum esse videretur, mandatum iure ab auctore appositum est. Cf. Tob. 4, 12. I Cor. 6, 10. II Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 5, 3. Col. 3, 5. I Thess. 4, 3. — *μαγεύσεις*] Cf. Act. 8, 9. 11; 13, 6. 8. — *φαρμακεύσεις*] Cf. Exod. 22, 18. Sap. 12, 4. Gal. 5, 20. Apoc. 9, 21; 18, 23; 21, 8; 22, 15. Vox cum veneficium tum incantationem seu artes magicas significat. Magia et praestigiae in V. T. praeter locum laudatum condemnantur Levit. 19, 26; 20, 6; Deut. 18, 11. 12. — *οὐ φον. τέκνον κτλ.*] Etiam hoc crimen apud gentiles usitatissimum erat vixque eis illicitum

*concupisces quae sunt proximi tui.* 3. *Non periurabis, non falsum testimonium dabis*, non maledices, iniuriae acceptae non recordaberis. 4. Non eris duplicis sententiae nec bilinguis; laqueus enim mortis lingua duplex. Non erit sermo tuus mendax neque inanis, sed repletus opere. 6. Non eris avarus neque rapax neque hypocrita neque malignus neque superbus; non capies malum consilium adversus proximum tuum. 7. Non oderis quemquam, sed alios argues, [aliorum misereberis], pro aliis orabis, alios amabis plus quam animam tuam.

esse videbatur. — *γεννηθὲν ἀποκτ.*] Cf. Sap. 12, 5. — *οὐκ ἐπιθυμήσεις τ. τ. πλ.*] Hoc mandatum Matth. 19, 18 non legitur; ab auctore ex Exod. 20, 17 vel Deut. 5, 21 adiectum est et verba S. Scripturae abbreviata sunt.

3. *οὐκ ἐπιορκήσεις*] Verba exstant Matth. 5, 33; sententia Exod. 20, 7; Levit. 19, 12. Deut. 5, 11. Periurio 3, 7 blasphemia respondere videtur. — *κακολογήσεις*] Cf. Prov. 20, 20. Matth. 5, 22. — *μνησικακήσεις*] Cf. Barn. 2, 8 (Zach. 8, 17). I Clem. 2, 5; 62, 2. Testam. patriarch. VI, 8.

4. *δίγλωσσος*] Cf. Prov. 11, 13. Sirach 5, 9. 14; 6, 1; 28, 13. Vox *διγνώμων* in S. Scriptura non exstat. — *παγὶς .. θανάτου*] Habes haec verba Prov. 14, 27; 21, 6. Praeterea os impiorum vel labia peccatorum *παγίς* appellantur Prov. 11, 9; 12, 13; Sirach 51, 2. Pseudo-Athanasius in Syntagm. doctrinae c. 2 et in Fide Nicaena (Migne, P. Gr. t. 28 p. 839. 1639) scribit: *νηστεύων δὲ καὶ πολιτευόμενος (κοιταζόμενος), βλέπε μὴ φυσιωθῇς· ἡ γὰρ φυσίωσις παγίς ἐστι τοῦ διαβόλου.*

5. *μεμεστωμένος πράξει*] Christianus non solum dicere, sed etiam facere debet. Cf. Matth. 23, 3. Iac. 1, 22. I Ioann. 3, 18. I Clem. 38, 2. Ign. Eph. 15, 1, 2.

6. *πλεονέκτης . . . ἅρπαξ*] Utraque vox simul legitur I Cor. 5, 10. 11 et 6, 11. I Clem. 35, 5 *πλεονεξία, κακοήθεια, ὑπερηφανία* una nominantur.

7. 8. *οὓς δὲ ἐλεήσεις* c. Canon. eccles.: om cod — *ἐλέγξεις*] Cf. 4, 3; 15, 3. — *οὓς δὲ ἐλεήσεις*] Cf. Iud. 23: *καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε.* Verba in Doctrina apostolorum per lapsum librarii excidisse videntur. Optime sane in locum quadrant, nec est verisimile, compilatorem Canonum ecclesiasticorum ea de suo in textu, quem transcripsit, inseruisse. Cum autem res non plane certa sit, verba uncinis inclusi. Auctor Constitutionum apost. VII, 5 ad dubium solvendum nihil confert, quia valde aberravit et potius Lev. 19, 17 quam Doctrinam exscripsit. — *οὓς δὲ ἀγ. ὑπὲρ τ. ψυχήν σου*] Auctor igitur non vult, ut Christianus omnes homines plus diligat quam animam suam, sed partem tantum, scilicet fratres pios ac probos. Supra 1, 2, ubi de amore proximi in universum locutus est, verbis S. Scripturae usus est. Barnabas phrasin *ἀγαπᾶν ὑπὲρ τὴν ψυχήν* ter adhibuit, sc. 1, 4; 4, 6 et etiam 19, 5, ubi mandatum amoris proximi definivit.

III. Τέκνον μου, φεῦγε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτοῦ. 2. Μὴ γίνου ὀργίλος, ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸν φόνον, μηδὲ ζηλωτὴς μηδὲ ἐριστικὸς μηδὲ θυμικός· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων φόνοι γεννῶνται. 3. Τέκνον μου, μὴ γίνου ἐπιθυμητής, ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὴν πορνείαν, μηδὲ αἰσχρολόγος μηδὲ ὑψηλόφθαλμος· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων μοιχεῖαι γεννῶνται. 4. Τέκνον μου, μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ εἰς τὴν εἰδωλολατρίαν, μηδὲ ἐπαοιδὸς μηδὲ μαθηματικὸς μηδὲ περικαθαίρων, μηδὲ θέλε αὐτὰ βλέπειν· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων εἰδωλολατρία γεννᾶται. 5. Τέκνον μου, μὴ γίνου ψεύστης, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ τὸ ψεῦσμα εἰς τὴν κλοπήν, μηδὲ φιλάργυρος μηδὲ κενόδοξος· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων κλοπαὶ γεννῶνται. 6. Τέκνον μου, μὴ γίνου γόγγυσος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ εἰς τὴν βλασφημίαν, μηδὲ αὐθάδης μηδὲ

III. Primus capituli versus mandatum generale continet. In versibus quinque sequentibus ita de peccatis gravioribus agitur, ut peccata indicentur, ex quibus ea proficiscuntur. Hi versus omnes in duas partes dividuntur, et pars prior semper verbis *ὁδηγεῖ γάρ* vel *ἐπειδὴ ὁδηγεῖ κτλ.*, pars posterior, in qua peccatis capitalibus bina vel terna peccata praemittuntur, verbis *ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων κτλ.* concluditur. Peccata graviora mandatis principalibus 2, 2—3 respondent. Barnabas totam partem vel versus 1—6 omisit.

1. *τέκνον μου*] Haec verba in hoc capitulo quinquies leguntur, semel in capitulo proximo (6, 1). Habes eadem saepius in S. Scriptura, ex. gr. Prov. 1, 8. 10. 15; 2, 1; 3, 1 etc. Sirach exhibet vocem *τέκνον* vel *τεκνία* solam (2, 1; 3, 1. 14; 4, 1; 21, 1 etc.); N. T. *τεκνία* vel *τεκνία μου*, scilicet Gal. 4, 19; I Ioann. 2, 1. 12 etc. — *φεῦγε κτλ.*] Sententiam eademque fere verba, ut vidit Taylor *The Teaching* p. 24, etiam Talmud (Babyl. Chullin 44 b) exhibet. — *ἀπὸ π. ὁμοίου*] Cf. I Thess. 5, 22: *ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.* Ad constructionem *ὁμοίου αὐτοῦ* cf. Sirach 13, 16.

2. 2. *ὀργῖλος* cod — *μὴ γ. ὀργίλος*] Cf. Matth. 5, 22. Tit. 1, 7. — *ζηλωτής*] in N. T. semper bono sensu adhibetur. Item I Clem. 45, 1. *Ζῆλοι* autem inter opera carnis recensentur Gal. 5, 20. Eodem loco vocem *ζῆλοι* sequuntur voces *θυμοί* et *ἐριθεῖαι*, eaedem, quae hic leguntur, ita ut concludere liceat, auctorem haec scribentem illum S. Scripturae locum in mente habuisse.

3. *μὴ γ. ἐπιθυμητὴς κτλ.*] Matth. 5, 28 Dominus dicit, omnem, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatum esse eam in corde suo. — *ὑψηλόφθαλμος*] legitur etiam in Canonibus eccles. c. 7. Constitutiones apost. VII, 6 autem exhibent *ῥιψόφθαλμος*. Cf. II Petr. 2, 14. Sirach 26, 9. Testam. patriarch. V, 7: *πλὴν τῆς γυναικός μου οὐκ ἔγνων ἄλλην· οὐκ ἐπόρνευσα ἐν μετεωρισμῷ ὀφθαλμῶν.*

4. *οἰωνοσκόπος . . ἐπαοιδός*] Cf.

III. Fili mi, fuge omne malum et quodcunque ei simile est. 2. Ne fias iracundus, ducit enim ira ad caedem, neque vehemens neque litigiosus neque violentus; ex his omnibus enim caedes nascuntur. 3. Fili mi, ne fias concupiscens, ducit enim concupiscentia ad fornicationem, neque verbis turpibus utaris neque oculum extollas; ex his omnibus enim adulteria nascuntur. 4. Fili mi, ne fias auspex, quoniam id ducit ad idololatriam, neque incantator neque mathematicus neque magus, neque ea velis videre; ex his enim omnibus idololatria nascitur. 5. Fili mi, ne fias mendax, quia mendacium ducit ad furtum, neque argenti neque inanis gloriae cupidus; ex his enim omnibus furta nascuntur. 6. Fili mi, ne fias morosus, quoniam id ducit ad blasphemiam, neque insolens neque improbus; ex

Lev. 19, 26. 31. Deut. 18, 10. 11. Irenaeus Adv. haer. II, 32, 5 scribit: nec invocationibus angelicis facit aliquid ecclesia, nec incantationibus nec reliqua prava curiositate, sed munde et pure et manifeste orationes dirigens ad Dominum. Hippolytus incantationes Philos. IX, 14. 15; X, 29 inprimis de Elchasaitis commemorat. — *ὁδ. εἰς τὸν εἰδωλολατρίαν*] Auctor Testam. patriarch. IV, 19 scribit: *ἡ φιλαργυρία πρὸς εἴδωλα ὁδηγεῖ*, Doctrina autem infra v. 5 avaritiam fontem furti declarat. — *μαθηματικός*] Tertullianus Adv. Marc. I, 18 Marcionitis obicit, quod sint plurimum mathematici. Hippolytus Philos. IX, 14; X 29 tradit, Elchasaitas superbire astrologia et mathesi et magicis artibus. — *περικαθαίρων*] Bryennius allegat Scholion ad Constit. apost. VII, 6: *περικαθαίρων ὁ διὰ θυσιῶν δοκῶν κωλύειν νόσους ἢ ἁμαρτίας*, et ad VIII, 32: *περικαθαίρειν λέγεται ὁ ὕδασιν ἐπιρραίνων ἐσκευασμένοις μετ᾽ ἐπῳδῆς εἰς κάθαρσιν δῆθέν τινα*. Cf. quae Philos. IX, 15. 16 de baptismatibus apud Elchasaitas usitatis narrantur.

5. Priorem huius versus partem laudat Clemens Al. Strom. I, 20, 100 p. 377 tanquam locum Scripturae. Scribit enim: *Οὗτος* (sc. qui ea, quae sunt barbarorum, sumpsit et tanquam sua praedicavit) *κλέπτης ὑπὸ τῆς γραφῆς εἴρηται· φησὶ γοῦν, υἱὲ μὴ γίνου ψεύστης· ὁδηγεῖ γὰρ τὸ ψεῦσμα πρὸς τὴν κλοπήν*. Quod pro *τέκνον μου . . γὰρ . . εἰς* ponit *υἱὲ . . ἐπειδὴ . . πρός*, nullius momenti est. — *ὁδηγεῖ τ. ψ. εἰς τ. κλοπήν*] Taylor p. 30—33 ad haec verba Hermam Mand. III, 1—2 alludere putat Equidem non tantam locorum connexionem video. — *φιλάργυρος κτλ.*] Cf. adnotat. ad v. 4.

6. *γόγγυσος*] Haec vox praeter hunc locum, Constit. apost. et Canon. eccl. nonnisi Prov. 16, 28 (Theodot.) exstare videtur. Cf. Stephanus, Thes. s. v. Iud. 16 commemorantur *γογγυσταί*, Philipp. 2, 14 et I Petr. 4, 9 habes *χωρὶς (ἄνευ) γογγυσμῶν*, 1 Cor. 10, 10: *μηδὲ γογγύζετε*, Sap. 1, 11: *φυλάξασθε γογγυσμὸν ἀνωφελῆ*. — *αὐθάδης*] Tit. 1, 7. II Petr. 2, 10:

πονηρόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων βλασφημίαι γεννῶνται. 7. Ἴσθι δὲ πραΰς, ἐπεὶ **οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν.** 8. Γίνου μακρόθυμος καὶ ἐλεήμων καὶ ἄκακος καὶ ἡσύχιος καὶ ἀγαθὸς καὶ τρέμων τοὺς λόγους διὰ παντός, οὓς ἤκουσας. 9. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν οὐδὲ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος. Οὐ κολληθήσεται ἡ ψυχή σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. 10. Τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄτερ θεοῦ οὐδὲν γίνεται.

IV. Τέκνον μου, τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ μνησθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τιμήσεις δὲ αὐτὸν ὡς κύριον· ὅθεν γὰρ ἡ κυριότης λαλεῖται, ἐκεῖ κύριός ἐστιν. 2. Ἐκζητήσεις δὲ καθ' ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἵνα ἐπαναπαῇς τοῖς λόγοις αὐτῶν. 3. Οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους· κρινεῖς δικαίως, οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι ἐπὶ παραπτώμασιν, 4. Οὐ διψυχήσεις, πότερον ἔσται ἢ οὔ.

5. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς

*αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσιν, βλασφημοῦντες.* — *πονηρόφρων*] Haec vox solum hic et Constit. apost. VII, 7 legitur. Prov. 19, 19 exstat *κακόφρων*. — *ἐκ γὰρ τούτων κτλ.*] I Tim. 6, 4 Paulus scribit: *ἐξ ὧν (ζητήσεων καὶ λογομαχίων) γίνεται φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι*, etc.

7—10. Hic auctor ad formam priorem redit. Particulam autem arcte cum praecedente connexam esse vox *δέ* indicat. Versibus quattuor Christianus maxime ut virtutem temperantiae exerceat admonetur. Mandata officia Christiani erga se ipsum continere dici possunt.

7. *πραΰς*] Cf. Col. 3, 12. Eph. 4, 32. I Thess. 5, 14. 15. Vox vocibus *γόγγυσος* et *αὐθάδης* v. 6 opposita est. — *οἱ πραεῖς κτλ.*] Matth. 5, 5.

8. *μακρόθυμος καὶ ἐλεήμων*] Cf. Ps. 102, 8, ubi Dominus *οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος* praedicatur. — *ἡσύχιος*] I Thess. 4, 11 Paulus lectores adhortatur *φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν*. — *τρέμων τ. λ.*] Cf. Ies. 66, 2.

9. *οὐχ ὑψώσεις σ.*] Cf. Sirach 6, 2: *μὴ ἐπάρῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου.* Matth. 23, 11. 13. — *οὐ . . μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μ. ταπεινῶν*] Cf. Rom. 12, 16: *μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι.*

10. *τὰ σ. σ. ἐν. ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ*] Cf. Sirach 2, 4: *πᾶν ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ σοι δέξαι.* Rom. 6, 28. — *ἄτερ θεοῦ οὐδὲν γ.*] Cf. Matth. 10, 29. 30. Hunc locum respexisse videtur Origenes De princ. III, 2, 7. Cf. Prolegomena.

IV, 1—4. Officia Christiani in ecclesiam et fratres exponuntur.

1. *λαλοῦντος*] sc. prophetae vel apostoli vel doctoris vel episcopi et diaconorum, ut ex sequentibus (11, 2. 4; 15, 2) apparet. Hebr. 12, 25

his enim omnibus blasphemiae nascuntur. 7. Sis vero mansuetus, quoniam *mansueti hereditabunt terram.* 8. Fias longanimis et misericors et sincerus et quietus et bonus et contremiscens semper ad verba, quae audivisti. 9. Non exaltabis te ipsum neque animae tuae dabis insolentiam. Non adhaerebit anima tua superbis, sed iustis et humilibus uteris. 10. Quae tibi eveniunt, ea tanquam bona accipies, conscius, sine Deo nihil fieri.

IV. Fili mi, qui loquitur tibi verbum Dei, eius recordaberis nocte ac die, timebis eum sicut Dominum; unde enim dominium dicitur, ibi Dominus est. 2. Requires cotidie vultus sanctorum, ut requiescas in verbis eorum. 3. Non facies dissidium, sed pacabis pugnantes; iudicabis iuste, non accipies personam in arguendis cuiuspiam lapsibus. 4. Non ambiges, utrum futurum sit necne.

5. Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum

et 13, 7 similia legimus, scilicet *βλέπετε, μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα,* et *μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν, οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ.* — *ὡς κύριον*] Cf. 4, 11; 11, 2. Matth. 10, 40. Gal. 4, 14 — *κυριότης*] i. e. potestas Domini seu Dei. Eodem sensu vox adhibetur II Petr. 2, 10 et Iud. 8. Cf. Herm. Sim. V, 6, 1. Eph. 1, 21 et Col. 1, 16 vox gradum angelorum denotat. Constitutiones apost. VII, 9 locum circumscribunt verbis: *ὅπου γὰρ ἡ περὶ θεοῦ διδασκαλία, ἐκεῖ ὁ θεὸς πάρεστιν.*

2. 12. *ἐπαναπαῆς* cod : *ἐπαναπαύῃ* Const. ap. Br, *ἐπαναπαύσῃ* Can. eccl. — *ἁγίων*] i. e. fratrum christianorum, ut saepe in S. Scriptura.

3. 13. *ποιήσεις* c. Barn. Can. eccl. Const. ap. : *ποθήσεις* cod — *σχίσμα*] Cf. I Cor. 1, 10; 11, 18. — *κρινεῖς δικαίως κτλ.*] Cf. Ioann. 7, 24: *μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε.* — *οὐ λ. πρόσωπον κτλ.*] Cf. Deut. 1, 17: *οὐκ ἐπιγνώσῃ πρόσωπον ἐν κρίσει.* Prov. 24, 23: *αἰδεῖσθαι πρόσωπον ἐν κρίσει οὐ καλόν.*

4. *οὐ διψυχήσεις κτλ.*] Verba obscura sunt. De qua re non est dubitandum? Canones eccl. c. 13 et Constitutiones apost. VII, 11 addunt *ἐν προσευχῇ σου,* ita ut verba de exaudiendis precibus intellegenda sint. Similia scribit Hermas Mand. IX, 1—8. Cf. Sirach I, 28. Iac. 1, 8; 4, 8. I Ioann. 5, 14. 15. Contextum respiciens Harnack interpretatur: utrum iudicium Dei venturum sit necne. Interpretatio autem e sententia praecedente cum certitudine non est colligenda.

5—8. Officia Christiani erga pauperes.

5. Fere idem legitur Sirach 4, 31: *μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη.* Cf. Act. 20, 35. I Clem. 2, 1.

δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. 6. Ἐὰν ἔχῃς διὰ τῶν χειρῶν σου, δώσεις λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου. 7. Οὐ διστάσεις δοῦναι οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ γάρ, τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. 8. Οὐκ ἀποστραφήσῃ τὸν ἐνδεόμενον, συγκοινωνήσεις δὲ πάντα τῷ ἀδελφῷ σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ γὰρ ἐν τῷ ἀθανάτῳ κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς θνητοῖς;

9. Οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος διδάξεις τὸν φόβον τοῦ θεοῦ. 10. Οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἐλπίζουσιν, ἐν πικρίᾳ σου, μήποτε οὐ μὴ φοβηθήσονται τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις θεόν· οὐ γὰρ ἔρχεται κατὰ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασεν. 11. Ὑμεῖς δὲ οἱ δοῦλοι ὑποταγήσεσθε τοῖς κυρίοις ὑμῶν ὡς τύπῳ θεοῦ ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ.

12. Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν καὶ πᾶν ὃ μὴ ἀρεστὸν τῷ κυρίῳ. 13. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς *ἐντολὰς κυρίου*, *φυλάξεις* δὲ ἃ παρέλαβες, *μήτε προστιθεὶς μήτε ἀφαιρῶν*. 14. Ἐν ἐκκλησίᾳ ἐξομολογήσῃ τὰ παραπτώματά σου, καὶ οὐ προσελεύσῃ ἐπὶ προσευχήν σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς.

6. *διὰ χειρῶν σου*] Bryennius haec verba cum sequentibus coniungit. — *λύτρωσιν*] Vox hic eodem sensu adhibita est quo *λύτρον*. Auctor Constitutionum apost. VII, 12 scribit: *δός, ἵνα ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν*. Cf. Barn. 19, 10. De eleemosyna remissionem peccatorum operante cf. Prov. 16, 6. Tob. 4, 10. 11; 12, 9. Dan. 4, 24. Luc. 16, 9. Test. patriarch. VI, 8.

7. 3. ὁ em : ἡ cod — *οὐ διστάσεις κτλ.*] Prov. 3, 28: *μὴ εἴπῃς, ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν*. Cf. II Cor. 9, 7. I Petr. 4, 9. Herm. Mand. IX, 24, 2. Test. patriarch. VI, 7. — *ὁ τ. μ. κ. ἀνταποδότης*] Cf. II Clem. 11, 6.

8. *οὐκ ἀ. τ. ἐνδεόμενον*] Sirach 4, 5: *ἀπὸ δεομένου μὴ ἀποστρέψῃς ὀφθαλμόν*. Prov. 3, 27: *μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ*. — *συγκοινωνήσεις . . ἴδια*] Cf. Act. 2, 44; 4, 32: *καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά*. Rom. 12, 13. Iustinus Apol. I, 14 scribit: *ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες*. Cf. Apol. I, 67. Tert. Apolog. c. 39: omnia indiscreta sunt apud nos praeter mulieres. — *ἀθανάτῳ . . θνητοῖς*] Cf. Rom. 15, 27. Barnabas 19, 8 pro illis vocibus posuit *ἀφθάρτῳ . . φθαρτοῖς*.

9—11. Officia patris familias et servorum.

9. Cf. Ps. 33, 12. Eph. 6, 4. Polyc. 4, 2: *τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ θεοῦ*.

10. *τοῖς ἐπὶ τ. αὐτὸν θεὸν ἐλπ.*] Eadem sententia exstat Eph. 6, 9, ubi Paulus lectores inprimis admonet, dominorum et servorum unum Deum et personarum acceptionem apud eum non esse. — *τὸ πνεῦμα*] i. e. spiritus

vero contrahere. 6. Si quid habes per manus tuas, dabis pretium ad redimenda peccata tua. 7. Non dubitabis dare neque murmurabis, cum das; cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. 8. Non repudiabis indigentem, communicabis autem in omnibus cum fratre tuo nec quidquam dices proprium; nam si in immortalibus consortes estis, quanto magis in mortalibus?

9. Non auferes manum tuam a filio tuo vel a filia tua, sed a pueritia docebis eos timorem Dei. 10. Non imperabis in amaritudine tua servo tuo vel ancillae, qui in eundem Deum sperant, ne forte non timeant Deum, qui super utrumque est; non enim venit secundum personam vocare, sed ad eos, quos spiritus praeparavit. 11. Vos autem servi subicimini dominis vestris tanquam imagini Dei in verecundia et timore.

12. Oderis omnem hypocrisin et quodcunque displicet Domino. 13. Ne derelinquas *mandata Domini, custodies* vero, quae accepisti, *neque addens neque demens.* 14. In ecclesia confiteberis peccata tua, neque accedes ad orationem tuam in conscientia mala. Haec est via vitae.

sanctus, cuius etiam 7, 1. 3 mentio fit. — *ἡτοίμασεν*] Cf. Rom. 8, 29. 30.

11. 12. *δοῦλοι* cod | 13. *ὑμῶν* em: *ἡμῶν* cod — Cf. Eph. 6, 5—8. Col. 3, 22. Tit. 2, 9. I Petr. 2, 18.

12—14. Mandata generalia ad viam vitae spectantia.

12. *μισήσεις π. ὑπ.*] Cf. Ps. 118, 128: *πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.* — *μὴ ἀρεστὸν τῷ κυρίῳ*] Formula in S. Scriptura semper positive expressa esse videtur. Deut. 6, 18 legimus: *ποιήσεις τὸ ἀρεστὸν καὶ τὸ καλὸν ἔναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου.* Similia verba exstant Deut. 12, 25. 28; 13, 18.

13. *οὐ μὴ ἐγκ. ἐντολὰς κυρίου*] Etiam hoc mandatum in S. Scriptura fere semper positive expressa est verbis: *φυλάξετε τὰ προστάγματά μου* (Lev. 18, 30) vel *τὰς ἐντολάς μου* (Lev. 21, 31) vel *φυλάσσεσθε τὰς ἐντολὰς κυρίου* (Deut. 4, 2. 40; 8, 6; 10, 13 etc.). Auctor igitur tria mandata, quae in S. Scriptura modo positivo pronuntiata sunt (cf. 1, 2; 4, 12), in formam negativam redegit. De tertio mandato cf. autem Prov. 4, 2. 5. — *ἐντολὰς κ. φυλάξεις κτλ.*] Deut. 4, 2: *οὐ προσθήσετε πρὸς τὸ ῥῆμα, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν, καὶ οὐκ ἀφελεῖτε ἀπ᾽ αὐτοῦ· φυλάσσεσθε τὰς ἐντολὰς κυρίου.* Deut. 12, 32: *φυλάξῃ ποιεῖν· οὐ προσθήσεις ἐπ᾽ αὐτό, οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ.* Cf. Prov. 30, 6. Eccles. 3, 14. Apoc. 22, 18. 19. Eus. H. E. V, 16.

14. *ἐν ἐκκλησίᾳ*] Cf. infra 14, 1. Confessio peccatorum, quam auctor postulat, est igitur publica. Barnabas 19, 12 verba illa non habet. — *ἐξομολογήσῃ κτλ.*] Iacobus 5, 16 scribit: *ἐξομολογεῖσθε οὖν ἀλλήλοις τὰς ἁμαρτίας καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων,* Clemens I Cor. 51, 3: *καλὸν*

V. Ἡ δὲ τοῦ θανάτου ὁδός ἐστιν αὕτη· πρῶτον πάντων πονηρά ἐστι καὶ κατάρας μεστή· **φόνοι, μοιχεῖαι**, ἐπιθυμίαι, **πορνεῖαι, κλοπαί**, εἰδωλολατρίαι, μαγεῖαι, φαρμακίαι, ἁρπαγαί, **ψευδομαρτυρίαι**, ὑποκρίσεις, διπλοκαρδία, **δόλος, ὑπερηφανία, κακία**, αὐθάδεια, **πλεονεξία**, αἰσχρολογία, ζηλοτυπία, θρασύτης, ὕψος, **ἀλαζονεία**· 2. διῶκται ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες ψεῦδος, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ **κολλώμενοι ἀγαθῷ** οὐδὲ κρίσει δικαίᾳ, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' εἰς τὸ πονηρόν· ὧν μακρὰν πραΰτης καὶ ὑπομονή, **μάταια ἀγαπῶντες, διώκοντες ἀνταπόδομα**, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχόν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς, **φονεῖς τέκνων**, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταί, πανθαμάρτητοι· ῥυσθείητε, τέκνα, ἀπὸ τούτων ἁπάντων.

VI. Ὅρα, μή τις σε πλανήσῃ ἀπὸ ταύτης τῆς ὁδοῦ τῆς διδαχῆς, ἐπεὶ παρεκτὸς θεοῦ σε διδάσκει. 2. Εἰ μὲν γὰρ δύνασαι βαστάσαι ὅλον τὸν ζυγὸν τοῦ κυρίου, τέλειος ἔσῃ· εἰ δ' οὐ δύνασαι,

*ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων. — ἐν συνειδήσει π.]* Cf. Hebr. 10, 22.

V, 1. *φόνοι — ψευδομαρτυρίαι]* Matth. 15, 19. Evangelista vel Dominus, qui ipse loquitur, agens de peccatis, quae de corde hominis exeunt, praemittit *διαλογισμοὶ πονηροί*, et conicere licet, auctorem Doctrinae voce *ἐπιθυμίαι* cogitationes malas expressisse. Marcus 7, 21—22 peccata diverso ordine enumerat et omittit *ψευδομαρτυρίαι*. — *δόλος κτλ.]* Haec peccata nominat Paulus Rom. 1, 29—30, nisi quod pro *ὑπερηφανία* et *ἀλαζονεία* scribit *ὑπερήφανοι* et *ἀλάζονες*, similiter atque auctor Doctrinae v. 2 non de peccatis, sed de peccata facientibus agit. Marcus 7, 27 post *κλοπαί* commemorat *πλεονεξίαι, πονηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρός, βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη*. — *αἰσχρολογία]* Cf. Col. 3, 18. N. T. vocem nonnisi hoc loco exhibet.

2. *ἀγαπῶντες ψεῦδος]* Cf. Ps. 4, 3: *ἱνατί ἀγαπᾶτε ματαιότητα καὶ ζητεῖτε ψεῦδος;* Apoc. 22, 15. — *οὐ γιν. μισθὸν δικαιοσύνης]* Cf. II Petr. 2, 15: *μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν*. — *κολλώμενοι ἀγαθῷ]* Rom. 12, 9. — *κρίσει δικαίᾳ]* Cf. Ioann. 7, 24. Prov. 17, 15. Ies. 1, 17. — *πραΰτης κ. ὑπομονή]* Cf. Gal. 5, 22: *μακροθυμία . . . πραότης*. — *μάταια ἀγαπῶντες]* Ps. 4, 3. — *διώκοντες ἀνταπ.]* Ies. 1, 23. — *ἐλεοῦντες πτωχόν]* Cf. Prov. 14, 21. 31. — *οὐ γινώσκοντες τ. π. αὐτούς]* Cf. Sap. 15, 11: *ἠγνόησε τὸν πλάσαντα αὐτόν*. Ies. 1, 3. Os. 5, 4. — *φονεῖς τ.]* Sap. 12, 5. — *ἀποστρεφόμενοι τ. ἐνδ.]* Cf. adnot. ad 4, 8. — *καταπονοῦντες τ. θλ.]* Sap. 2, 10 improbi loquuntur: *καταδυναστεύσωμεν πένητα δίκαιον*. — *πενήτων ἄν. κριταί]* Cf. Ps. 81, 2—4. — *πανθαμάρτητοι]* Cf. II Clem. 18, 2.

V. Mortis vero via haec est: primum omnium mala est ac maledictionis plena: *caedes*, *adulteria*, concupiscentiae, *fornicationes*, *furta*, idololatriae, magiae, veneficia, rapinae, *falsa testimonia*, simulationes, cor duplex, *dolus*, *superbia*, *malitia*, arrogantia, *avaritia*, turpiloquium, invidia, insolentia, fastus, *ostentatio;* 2. bonorum persecutores, osores veritatis, amatores mendacii, non cognoscentes mercedem iustitiae, non *adhaerentes bono* neque iudicio iusto, vigilantes non ad bonum, sed ad malum, a quibus longe abest mansuetudo et patientia, qui *diligunt inania*, *sectantur remunerationem*, non miserentur inopis, non laborant de afflicto, non cognoscentes creatorem suum, *liberorum interemptores*, in abortione corrumpentes creaturam Dei, aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui iudices, omnibus peccatis inquinati; liberemini, filii, ab his omnibus.

VI. Vide, ne quis te abducat ab hac via doctrinae, quoniam praeter Deum te docet. 2. Si enim totum iugum Domini portare potes, perfectus eris; si vero non potes, facias id, quod

— *ῥυσθείητε κτλ.*] Cf. Sap. 2, 19: *καὶ ῥύσεται αὐτὸν (θεός) ἐκ χειρὸς ἀνθεστηκότων.*

VI, 1. Auctor Nicaenae fidei (Migne, P. Gr. t. 28 p. 1639) post mandata Doctrinae 2, 2. 3 ac praecepta eis addita: *οὐ διχοστατήσωμεν, ἀπεχώμεθα πνικτοῦ καὶ αἵματος καὶ πλεονεξίας*, hunc versum sic repetiit: *ὅρα, ἄνθρωπε, μήτις σε ἀπατήσει τῆς πίστεως ταύτης, ἐπεὶ παρεκτὸς σε θεοῦ διδάσκει.* — *διδαχῆς*] i. e. doctrina tota in parte praecedente exposita. Eodem sensu Barnabas 18, 1 voce utitur, doctrinam duarum viarum indicans. — *παρεκτὸς θεοῦ*] i. e. aliter ac deus, vias vitae et mortis tibi proponens.

2. *βαστάσαι . . ζυγόν*] Act. 15, 10 Petrus de iugo loquitur, quod neque patres neque iuniores portare poterant, scilicet de lege Mosis, quam quidam Christiani ex circumcisione Christianis Antiochenis imponere volebant. Matth. 11, 29. 30 Christus doctrinam vel praecepta sua iugum appellat idque *ζυγὸν χρηστόν*. Hoc loco vox *ζυγός*, ut connexus docet, praecepta cuncta significat, de quibus in parte antecedente sermo est, praesertim praecepta vitam Christianorum perfectam spectantia, quae 1, 3—6 leguntur. Versus, ut particula *γάρ* indicat, ita cum antecedente coniunctus est, ut aeque atque verba *ταύτης τῆς ὁδοῦ τῆς διδαχῆς* de doctrina supra exposita interpretandus sit. Vix recte Schaff de lege V. T. ceremoniali cogitat, Harnack de consilio virginitatis. — *τέλειος*] Ut supra 2, 2 Matth. 19, 16—18, hic auctor Matth. 19, 21 respicit, ubi Iesus adulescenti mandata se a iuventute sua dicenti servasse consi-

ὃ δύνῃ, τοῦτο ποίει. 3. Περὶ δὲ τῆς βρώσεως, ὃ δύνασαι βάστασον· ἀπὸ δὲ τοῦ εἰδωλοθύτου λίαν πρόσεχε· λατρεία γάρ ἐστι θεῶν νεκρῶν.

VII. Περὶ δὲ τοῦ βαπτίσματος, οὕτω βαπτίσατε· ταῦτα πάντα προειπόντες, *βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ*

lium dat, ut, si velit perfectus esse, vendat, quae habeat et det pauperibus, addens, tunc eum thesaurum habiturum esse in caelo. — *εἰ δ' οὐ δύνασαι*] Auctor annuit, non omnia mandata, quae proposuit, vere praecepta et omnino omnibus servanda esse; qui vero non omnia mandata implere possunt, eos adhortatur, ut faciant, quidquid possint. Similiter Dominus, postquam de matrimonio non dissolvendo disseruit et discipuli de oratione admirati sunt, Matth. 19, 11 dixit: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est, et verbis de tribus eunuchorum generibus additis Matth. 19, 12: Qui potest capere, capiat. Et Paulus I Cor. 7, 7 de proprio dono loquitur, quod unusquisque habet ex Deo, atque ibid. Corinthiis 8—9; 36—40 consilium dat, non praeceptum, ut in virginitate permaneant. Animadverte etiam verba, quae Iustinus Apol. I, 61 scribit. Dicit enim, baptizandos se ita vivere posse polliceri, sicuti docti sunt, *βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται*, nec vero, eos sic vivere velle.

3. *περὶ δὲ τῆς βρώσεως*] Similiter Paulus I Cor. 8, 4 scribit: *περὶ τῆς βρώσεως οὖν*, pergit autem: *τῶν εἰδωλοθύτων κτλ.* Harnack censet, qui contextum et verba *ὃ δύνασαι βάστασον* respexerit, ei versum de permissione esus carnium intellegendum esse, ita ut sensus sit: carnibus vesci illis licet, qui ab eis abstinere non possunt; modo ab immolatis simulacrorum prorsus abstinendum est. Interpretatio vero vix est recta. Nec verbis *ὃ δύνασαι βάστασον* nec contextu probatur, si versum praecedentem aliter interpretatus fueris ac Harnack. Nec magis placet interpretatio, quam Hilgenfeld proponit, scilicet auctorem ieiunium severius ante oculos habere, quod apud Montanistas perfectis praeceptum, vulgaribus autem Christianis remissum fuisset. Cf. Prolegomena. Versus potius, ut Bryennius et Schaff interpretati sunt, de praeceptis V. T. ad cibos spectantibus intellegendus esse videtur. Auctor igitur dicit: a cibis lege V. T. interdictis te abstine, in quantum potes; immolata autem simulacrorum tibi omnino vitanda sunt. — *ἀπὸ δὲ τοῦ εἰδωλοθύτου λ. πρ.*] Act. 15, 20. 29 apostoli Hierosolymis congregati fidelibus e gentilibus Antiochenis praecipiunt, ut ab immolatis, simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione se abstineant, *ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων κτλ.* Paulus I Cor. 8 quidem exponit, idolothytis vesci non esse illicitum, cum idolum nihil sit in mundo cumque nullus sit Deus nisi unus, nisi forte licentia edendi offendiculum fiat infirmis. Minime autem omnem idolothytorum esum permittere voluit. Namque 10, 7. 14—33 societatem sacrarum epularum gentilium tanquam idolo-

potes. 3. Quod ad cibum attinet, quod potes porta; immolata autem simulacrorum valde declina; servitus enim sunt deorum mortuorum.

VII. De baptismo autem, sic baptizate; haec omnia postquam antea dixistis, *baptizate in nomine patris et filii et spiritus*

latriam condemnat atque esum earum carnium tantum permittit, quae in macello venumdantur vel in convivio apponuntur, et in hoc casu licentiam datam insuper refrenat, si quis dixerit, hoc esse immolatum idolis, propter conscientiam alterius. Quae cum ita sint, sententia Pauli a decreto apostolorum non vel nonnisi paullum discedere videtur. Verisimile enim est, apostolos Hierosolymis congregatos nihil aliud vetare voluisse, nisi ipsam sacrarum epularum societatem, etiamsi verba decreti ipsa ad quasvis victimarum oblatarum carnes, etiam ad eas, quae profano usui tradebantur, referri poterant. Cf. C. Schmidt, De apostolorum decreti sententia et consilio 1874 p. 13 sq. Quaecunque autem sententia a Paulo apostolo I Cor. 8—10 proposita est, patres temporis sequentis aeque ac decretum apostolorum et Doctrina apostolorum esum idolothytorum reprobant. Cf. Iust. Dial. c. 34—35. Iren. Adv. haer. I, 6, 3; 24, 5; 28, 2. Clem. Alex. Paedag. II, 1, 8 p. 169. Orig. C. Cels. VIII, 29. 30, ubi exponitur, verba Pauli I Cor. 8, 8 decreto apostolorum Act. 15, 20 accuratius explicari. — *θεῶν νεκρῶν*] Cf. Sap. 15, 17: *θνητὸς δὲ ὢν νεκρὸν (θεὸν) ἐργάζεται χερσὶν ἀνόμοις*. I Cor. 8, 4; 10, 20: *δαιμονίοις θύουσιν, καὶ οὐ θεῷ*. II Clem. 3, 1: *ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν κτλ.*

VII, 1. *περὶ δέ*] His particulis haec pars eodem modo priori adiuncta est quo versus 3 capitis VI versui praecedenti. Cf. 9, 1; 11, 3. Sed non solum particula *δέ*, sed etiam verba *τ. π. προειπόντες* connexum utriusque partis produnt. Haec verba praeterea indicant, capita praecedentia sermonem esse baptizandis pronuntiandum. — *βαπτίσατε*] Auctor omnes Christianos respicit. Omnes ergo fideles baptizare poterant. Neque tamen inde concludendum est, omnes ubique sacramentum administrasse. Ordo postulavit, ut in ecclesia constituta praepositi aut ipsi baptizarent aut de baptismate consulerentur. Cf. Ign. Smyrn. 8, 2. Tert. De bapt. c. 17. Iustinus quoque Apol. I, 61 certum sacramenti ministrum non nominat. — *τ. πάντα*] scilicet quae in capitibus sex prioribus exposita sunt. Cf. quae Philosoph. IX, 15 de baptismo Elchasaitarum traduntur. Postquam enim Hippolytus narravit, baptizando septem testes invocanti promittendum fuisse, quod non amplius peccaret neque adulteraret nec furaretur neque iniuriam faceret neque circumveniret neque odio haberet neque contemneret neque ullis pravis delectaretur, pergit: *ταῦτα οὖν εἰπὼν βαπτισάσθω*. — *βαπτίσατε κτλ.*] Matth. 28, 19. Iustinus Apol. I, 61 bis animadvertit, baptismum dari in nomine patris et filii et spiritus sancti.

*καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος* ἐν ὕδατι ζῶντι. 2. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ὕδωρ ζῶν, εἰς ἄλλο ὕδωρ βάπτισον· εἰ δ᾽ οὐ δύνασαι ἐν ψυχρῷ, ἐν θερμῷ. 3. Ἐὰν δὲ ἀμφότερα μὴ ἔχῃς, ἔκχεον εἰς τὴν κεφαλὴν τρὶς ὕδωρ *εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος*. 4. Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος προνηστευσάτω ὁ βαπτίζων καὶ ὁ βαπτιζόμενος καὶ εἴ τινες ἄλλοι δύνανται· κελεύεις δὲ νηστεῦσαι τὸν βαπτιζόμενον πρὸ μιᾶς ἢ δύο.

VIII. *Αἱ δὲ νηστεῖαι* ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ *τῶν ὑποκριτῶν*· νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ· ὑμεῖς δὲ νηστεύσατε τετράδα καὶ παρασκευήν. 2. Μηδὲ *προσεύχεσθε ὡς οἱ ὑπο-*

— *ἐν ὕδατι ζῶντι*] in aqua fluente, i. e. in fluvio vel fonte. Cf. Ioann. 4, 10. 11. Clem. Hom. Contest. c. 1: *ἀγαγόντα αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν ἢ πηγήν, ὅπερ ἐστὶ ζῶν ὕδωρ, ἔνθα ἡ τῶν δικαίων γίνεται ἀναγέννησις.* Clem. Hom. XI, 26: *ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζῶντι,* et *ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ ὕδατι ζῶντι προσελθεῖν* (Ed. Dressel p. 6, 12; 247, 8. 15). Sin autem Doctrina in universum saltem aquam vivam postulat, Tertullianus De bapt. c. 4 scribit: Nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alveo diluatur.

2. *εἰς ἄλλο ὕδωρ*] sc. lacum sive a natura sive ab hominibus effossum, cisternam vel similem aliam aquam, modo sit frigida. Quod attinet praepositionem *εἰς*, considera, verbum *βαπτίζειν* denotare immersionem. — *οὐ δύνασαι*] i. e. si valetudo minus firma vel tempus anni usum aquae frigidae in baptismo administrando non permittit.

3. *ἀμφ. μὴ ἔχῃς*] scilicet tantum aquae vivae vel alius, sive frigidae sive calidae, ut immergere possis. — *ἔκχεον εἰς τ. κ.*] Habes hic testimonium vetustissimum formae effusionis vel aspersionis in baptismo administrando, idque certius quam alia, quae e tempore priorum saeculorum ad nos pervenerunt. Animadverte etiam, auctorem formam illam cum certitudine validam habere, cum posteriorum nonnulli de eius validitate dubitarent, ut Magnus Africanus, cuius errorem Cyprianus Ep. 69, 12—14 correxit. Cf. Cornel. Ep. ad Fab. Antioch. apud Eus. H. E. VI, 43. — *τρίς*] Ter aqua effundenda est respectu trium divinarum personarum. Ideoque immersio quoque ter facienda erat.

4. 6. *κελεύεις* cod: *κελεύσεις* Br. — De ieiunio et baptizandorum et fidelium baptismo assistentium etiam Iustinus et auctor Clem. Recognitionum loquuntur. Ille Apol. I, 61 dicit, catechumenos, qui doctrinam christianam susceperint eamque se secuturos esse polliceantur, precari et ieiunantes peccatorum ante commissorum remissionem a Deo petere doceri, fidelibus una cum eis precantibus ac ieiunantibus (*ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς*). Hic VII, 37 scribit: Vos (sc. Aquila, Niceta, Clemens) et ego (Petrus) vobiscum hodie ieiunemus cum ipsa (Mattidia), et crastino baptizabitur;

*sancti* in aqua viva. 2. Sin autem non habes aquam vivam, in alia aqua baptiza; si non potes in frigida, in calida. 3. Sin autem neutram habes, effunde in caput ter aquam *in nomine patris et filii et spiritus sancti*. 4. Ante baptismum ieiunato baptizans et baptizandus et si qui alii possunt; baptizandum autem iube ieiunare unum vel duos dies antea.

VIII. *Ieiunia vero* vestra ne fiant *cum hypocritis*; ieiunant enim secunda post sabbatum et quinta; vos autem ieiunate quarta et sexta. 2. Neque *orate sicut hypocritae*, sed sicut prae-

X, 72: Petrum indixisse ieiunium omni plebi et veniente die dominica baptizasse Faustinianum. Reliqui veterum ieiuniorum baptismum ingressurorum tantum mentionem faciunt, scilicet Clemens Alex. Epit. ex Theodoto §§ 83—84 p. 988; Tertullianus De baptismo c. 20; Clem. Homiliae III, 73; XI, 35; XIII, 9—11. Nonnunquam etiam auctor Clem. Recognitionum nonnisi de baptizandis ieiunantibus dicit, scilicet III, 67; VI, 15; VII, 34—35; hoc autem loco, de baptismo Mattidiae agens, idem fideles quoque olim una cum baptizandis ieiunasse prodit (VII, 37). — *πρὸ μιᾶς*] Auctor Clem. Recognitionum VII, 34 et 35 dicit, baptizando vel una die ante baptismum ieiunandum esse (cf. VII, 37); III, 67 idem de ieiuniis frequentibus catechumenorum loquitur. Clem. Hom. XI, 35 de ieiunio pluribus diebus observando sermo est.

VIII, 1. *αἱ δὲ νηστεῖαι — ὑποκριτῶν*] Auctor respicit Matth. 6, 16: *ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε, ὡς οἱ ὑποκριταί, σκυθρωποί.* Cf. Luc. 18, 12. Eodem modo quo hic ieiunium infra v. 2 oratio hypocritarum reprobatur. Hypocritae autem in Novo Testamento sunt Pharisaei, qui in Evangelio Matthaei distincte septies hypocritae appellantur, scilicet 23, 13. 14. 15. 23. 25. 27. 29. Harnack false hypocritas Iudaeos declaravit. — *δευτέρᾳ σ. κ. πέμπτῃ*] Epiphanius H. 16, 1 eosdem dies ieiunii Pharisaeis adscribit. Zahn, *Forschungen* III, 317, e codice Parisino (Coislin. 296 fol. 62[a] hunc locum exscripsit: *Διὰ τί οἱ Ἰουδαῖοι τὴν δευτέραν* (sic) *τῶν σαββάτων καὶ τῇ πέμπτῃ νηστεύουσιν; Δευτέρᾳ σαββάτου ἐτύγχανεν εἶναι, ὅτε ὁ ναὸς ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὸ πρότερον ἐνεπρήσθη, πέμπτῃ δέ, ὅτι ὑπὸ τοῦ Τίτου τὸ δεύτερον ἔπαθε. Πενθοῦσιν οὖν ἐπὶ τῇ ἐμπρήσει τοῦ ναοῦ κατὰ ταύτας τὰς δύο ἡμέρας κατὰ πᾶν σάββατον καὶ διὰ τοῦτο νηστεύουσιν.* — *τετράδα καὶ παρασκευήν*] Praeter Doctrinam huius ieiunii primus Hermas mentionem facit, Sim. V, 1 narrans, se stationem habere ac ieiunare. Dies stationis enim, ut Tertullianus De ieiun. c. 2. 14 scribit, erant feriae quarta et sexta; ieiunium, quod his diebus instituebatur, erat semiieiunium (ibid. c. 13) vel perdurabat usque ad nonam horam (ibid. c. 2. 10). Cf. Clem. Al. Strom. VII, 12, 75 p. 877. Orig. Hom. X in Levit. c. 2 (Ed. De la Rue II, 246). Epiph. H. 75, 6; Expos. fid. c. 21.

*κριταί*, ἀλλ' ὡς ἐκέλευσεν ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ, *οὕτω προσεύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, καὶ ἄφες ἡμῖν τὴν ὀφειλὴν ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ·* ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. Τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε.

IX. Περὶ δὲ τῆς εὐχαριστίας, οὕτως εὐχαριστήσατε· 2. πρῶ-

2. 3. *γενηθήτω* em : *γεννηθήτω* cod — *μηδὲ κτλ.*] Matth. 6, 5 Dominus dicit: *καὶ ὅταν προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί.* — *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ*] i. e. Evangelio secundum Matthaeum 6, 9—13, ubi oratio fere eisdem verbis legitur, ubi etiam orationis hypocritarum mentio fit. Praeter lectiones *ἐλθέτω* et *ἀφίεμεν*, quibus editores N. T. recentissimi, Tischendorf et Westcott-Hort, *ἐλθάτω* et *ἀφήκαμεν* substituerunt, differentiae hae sunt: pro *ἐν τῷ οὐρανῷ* (post *πάτερ ἡμῶν*), *ἐπὶ γῆς* et *τὴν ὀφειλήν* Matthaeus exhibet *ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, *ἐπὶ τῆς γῆς* et *τὰ ὀφειλήματα*. — *ὅτι σοῦ κτλ.*] Eadem doxologia infra 9, 4 (additis verbis *διὰ Ἰ. Χριστοῦ*) et 10, 5 legitur, brevior (sine *ἡ δύναμις καί*) 9, 2. 3; 10, 2. 4. Additamenta codicum biblicorum et versiones S. Scripturae, excepta versione Sahidica, doxologiam maiorem exhibent, post *ἐστίν* verba *ἡ βασιλεία καί* inserentes. Verba non esse Domini cum codices vetustissimi tum alii testes probant. Doctrina autem docet, quomodo doxologia in textum S. Scripturae irrepserit. Cum Christiani oratione Domini velut formula orationis uterentur, preces doxologia concludebant, et usu longaevo doxologia cum precibus paullatim adeo in unum concaluit, ut tempore posteriore librarii nonnulli eam in S. Scriptura recipere non dubitarent.

3. *τρίς*] Similiter Daniel 6, 10. 13. ter per diem orasse traditur. Sed quibus horis oratio fiebat? Haud dubie horis tertia, sexta et nona, quae in S. Scriptura et ab autoribus posterioribus saepius velut horae orationis commemorantur, neque vero, ut Harnack verisimile censet, de tempore matutino, postmeridiano ac vespertino cogitandum est. Cf. Act. 2, 15; 3, 1; 10, 9. 30. Tert. De orat. c. 25; De ieiun. c. 10. Clem. Al. Strom. VII, 7, 40 p. 854. Quodsi hic scribit, quosdam horas constitutas orationi impendere, scilicet tertiam, sextam, nonam, gnosticum autem per totam vitam orare, probat, in ecclesia Alexandrina illis horis orationem factam esse. Vox *τινές* non de quibusdam paucis, sed de fidelibus simplicibus in universum intelligenda est, quibus auctor gnosticum opponit. Neque alius praxis ecclesiae Alexandrinae Origenes testis est. Loquitur quidem Adamantius De Orat. c. 12 de orationibus, quae fiebant mane et tempore vespertino. Voces *πρωΐ* et *ἑσπερινή* (*θυσία*) autem nequaquam urgendae sunt, quippe quae partes sint locorum S. Scripturae, sc.

cepit Dominus in Evangelio suo, *ita orate: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra; panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debitum nostrum, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo,* quoniam tua est virtus et gloria in saecula. 3. Ter in die sic orate.

IX. Quod ad gratiarum actionem attinet, sic gratias agite;

Ps. 5, 4; 140, 2, qui laudati sunt. Accedit, quod Origenes tertiam orationem non postmeridianam appellat, sed dicit, eam sexta hora fieri et mediam esse trium orationum. Scriptores laudati sane Christianum etiam aliis horis vel semper orare volunt. Tertullianus De orat. c. 25 orationi illis horis instituendae legitimas orationes opponit, quae sine ulla admonitione debentur, scilicet ingressu lucis ac noctis nec non ante cibum sumendum et lavacrum adeundum. Idem autem, respiciens librum Actuum apostolorum, De ieiun. c. 10 distinctis verbis interrogat, cur non intellegamus, salva plane indifferentia semper et ubique et omni tempore orandi, tamen tres istas horas (in Actibus laudatas) ut insigniores in rebus humanis, quae diem distribuunt, quae negotia distinguunt, quae publice resonant, ita et sollemniores fuisse in rebus divinis? Pseudo-Athanasius De virgin. c. 13 cum tres illas orationis horas commemorat, tum (l. c. c. 16. 20) lectorem adhortatur, ut etiam hora duodecima, media nocte et sole exoriente oret. Quae cum ita sint, vox *τρίς* certe de horis tertia, sexta, nona intellegenda est. Notandum est quoque, orationem Domini praeter S. Scripturam hic primum commemorari et quidem Christianis praescriptam usitatamque. Posteriores testes sunt Irenaeus Adv. haer. V, 17, 1 et praesertim Tertullianus qui De Orat. c. 10 orationem illam legitimam et ordinariam appellat. Cf. Probst, *Lehre und Gebet* 1871. *Real-Encyklopädie der christl. Altertümer* ed. Kraus I, 550 sqq.

IX—X. In his capitibus formulae orationum in sacra cena adhibendae proponuntur, et quidem duae, quae communioni praecedunt, una, quae corpore et sanguine Domini sumto pronuntianda erat. Zahn, *Forschungen* III, 293—298, cum verba *εἴ τις ἅγιος κτλ.*, quae infra 10, 6 leguntur, ei indicare viderentur, sacramentum nondum distributum esse, sed distributum iri, et considerans verba *ὡσαννὰ τῷ υἱῷ (θεῷ) Δαβίδ* (10, 6) vel verba *εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου*, quae in S. Scriptura cum illis coniuncta sunt, in liturgiis veteribus ante communionem pronuntiari, cum in Doctrina communionem sequantur, orationes ad agapen pertinere censuit. Verba *ὡσαννὰ κτλ.* sane in liturgiis nobis servatis ante, hic autem post communionem leguntur. Altera ex parte vero minime dubium est, verba *εἴ τις ἅγιος κτλ.* non ad sacramentum accipiendum, sed ad Dominum rediturum exspectandum referenda esse,

τον περὶ τοῦ ποτηρίου· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀμπέλου Δαβὶδ τοῦ παιδός σου, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. Περὶ δὲ τοῦ κλάσματος· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ζωῆς καὶ γνώσεως, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 4. Ὥσπερ ἦν τοῦτο τὸ κλάσμα διεσκορπισμένον ἐπάνω τῶν ὀρέων καὶ συναχθὲν ἐγένετο ἕν, οὕτω συν-

cumque ita sit, ratio principalis, qua interpretatio illa nititur, inanis est. Praeterea ex 9, 5, praesertim verbis: *μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί*, evidenter apparet, non tam de agape, quam de communione vel potius de communione cum agape coniuncta sermonem fieri. Denique ab omni verisimilitudine abhorret, auctorem, postquam de baptismo egit, tres orationes ad agapen spectantes attulisse, de eucharistia autem proprie dicta nihil fere dixisse. Cf. etiam quae de his orationibus disputavit Spitta in *Zeitschrift für praktische Theologie* VIII (1886), 313—321. Sin autem orationes eucharisticae sunt, attamen haud dubie non liturgiam totam efficiebant, sed potius eae solum fuisse videntur, quae in liturgia celebranda ante et post communionem pronuntiabantur. Liturgia tam simplex et sine aliis orationibus atque eis, quae Doctrina traduntur, vix unquam et usquam agebatur. Verba institutionis eucharistiae saltem non praetermissa sunt, cum in omnibus liturgiis veteribus legantur et teste Luca 22, 19 Dominus sacramentum instituens discipulis praecepisset, ut hoc in ipsius commemorationem agerent. Accedit, quod teste Justino Apol. I, 65—67 liturgia saeculo II medio longe plura amplexa est, et liturgia, quam apologeta describit, nequaquam recens, sed potius vetus est habenda, cum non ad singulas ecclesias, sed ad ecclesiam universam referenda sit. Cf. quae de hac re disputavit G. Bickell in *Zeitschrift für kath. Theologie* VIII (1884), 400—412; *Real-Encyklopädie der christl. Altertümer* ed. Kraus II, 311—313. Ut eos refutet, qui forte contendere audeant, orationibus hoc capite contentis consecrationem elementorum factam esse, Bickell non solum de pane iam fracto dici urget, sed etiam ad eulogias provocat, quibus apud Iudaeos in Paschate celebrando vinum et panis distribuebantur. Eulogiae illae sunt: 1. Benedictus es Deus, Dominus noster, rex mundi, qui fructum vitis creasti, in saecula, Amen, 2. Benedictus . . . mundi, qui panem e terra progignis, in saecula, Amen.

IX, 1. *εὐχαριστίας*] i. e. epularum mysticarum, quae constant ex vino et pane, vel orationis eucharisticae. Infra v. 5 vox distincte elementa consecrata designat. Similiter Iustinus Apol. I, 66 scribit: *καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία.* Cf. Ign. Smyrn. 7, 1; 8, 1; Philad. 4.

2. *πρῶτον π. τ. ποτηρίου*] Hic ordo nusquam alias invenitur. Neque Lucas eum habet; nam calicem quidem paschalem (22, 17 sq.) ante epulas eucharisticas commemorat, calicem autem eucharisticum distincte

2. primum de calice: Gratias tibi agimus, pater noster, pro sancta vite David pueri tui, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 3. De pane fracto autem: Gratias tibi agimus, pater noster, pro vita et scientia, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 4. Sicut hic panis fractus dispersus erat supra montes et col-

post panem eucharisticum ponit (22, 19 sq.). Similiter Paulus I Cor. 11, 23 sqq., ubi institutionem sacramenti altaris exponit, ordinem communem servat. Quod apostolus I Cor. 10, 16. 21 calicem pani praeponit, nullius momenti est. Infra v. 5 Doctrina ipsa communem ordinem sequitur, dicens: *μηδεὶς δὲ φαγέτω μηδὲ πιέτω.* Hoc loco Doctrina ipsa prodit, se non formulam liturgicam proprie dictam universamque exhibere velle. Alias ordo eucharistiae communis certe servatus esset. — *πάτερ ἡμῶν*] Haec verba allocutoria ex oratione Domini desumpta sunt. — *ἀμπέλου Δαβίδ*]Contextum respicientibus verba de vino eucharistico seu de sanguine Christi nobis interpretanda sunt. Clemens Al., Doctrinam haud dubie cognitam habens, sanguinem vitis David sanguinem Christi distincte appellat, Quis div. salv. c. 29 scribens: *οὗτος* (sc. *Χριστός*) *ὁ τὸν οἶνον, τὸ αἷμα τῆς ἀμπέλου τῆς Δαβίδ, ἐκχέας ἡμῶν ἐπὶ τὰς τετρωμένας ψυχάς.* Similiter Origenes Hom. in Iud. VI, 2 (De la Rue II, 471) de vera vite loquitur, quae ascendit de radice David, verbis sanguinem Christi eucharisticum denotans. Cuius verba etiam ortum phrasis *ἄμπελος Δαβίδ* explicant. Vitem Christus se ipse appellat Ioann. 15, 1. Cf. Matth. 26, 29. Clem. Al. Paedag. I, 5, 15 p. 107, ubi vinum vitis et sanguis Verbi tanquam potus hominum commemorantur, illud corporis, hic spiritus. — *Δαβὶδ τοῦ παιδός σου*] David *παῖς θεοῦ* appellatur Ps. 17, 1; Ies. 37, 35; Luc. 1, 69; *δοῦλος θεοῦ* Ps. 77, 70; 130, 10; 143, 10. — *ἐγνώρισας*] Cf. Ioann. 15, 15; 17, 26. — *Ἰησοῦ τ. παιδός σου*] Eadem verba exstant Act. 3, 13. 26; 4, 27. 30; leguntur quoque apud patres apostolicos. Cf. quae adnotavi ad Barn. 6, 1. Animadvertendum est, quod Doctrina in hoc versu non solum Iesum, sed etiam David *παῖδα θεοῦ* nominat. Cum autem utraque appellatio etiam in S. Scriptura inveniatur, non est urgenda.

3. *κλάσματος*] i. e. panis eucharistici seu corporis Christi revera in cruce, typice in eucharistia fracti. Vox in S. Scriptura saepe legitur, sc. Matth. 14, 20; 15, 37; Marc. 6, 43; 8, 8. 19. 20; Luc. 9, 17; Ioann. 6, 12. 13; sed ubique 'fragmentum vel fructum denotat. Eum sensum, quo hic adhibetur, vox nusquam alias habet. Paulus autem I Cor. 10, 16 scribit: *τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν*, I Cor. 11, 24: *τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον.* Act. 2, 42 *ἡ κλάσις τοῦ ἄρτου* legitur. — *ζωῆς καὶ γνώσεως*] Cfr. infra 10, 2; 11, 2. I Clem. 36, 2. II Clem. 20, 5.

4. 6. *τοῦτο τό* em: *τοῦτο* cod — *κλάσμα . . ἕν*] Cf. I Cor. 10, 17. Ign. Eph. 20, 2. — *συναχθήτω κτλ.*] Cf. 10, 5. Matth. 24, 31. — *βασιλείαν*]

αχθήτω σου ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. 5. Μηδεὶς δὲ φαγέτω μηδὲ πιέτω ἀπὸ τῆς εὐχαριστίας ὑμῶν, ἀλλ' οἱ βαπτισθέντες εἰς ὄνομα κυρίου· καὶ γὰρ περὶ τούτου εἴρηκεν ὁ κύριος· *Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί.*

X. Μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι οὕτως εὐχαριστήσατε· 2. Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἅγιε, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀθανασίας, ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 3. Σύ, δέσποτα παντοκράτορ, *ἔκτισας τὰ πάντα* ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, τροφήν τε καὶ ποτὸν ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπόλαυσιν, ἵνα σοι εὐχαριστήσωσιν, ἡμῖν δὲ ἐχαρίσω πνευματικὴν τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον

Haec vox cum voci *ἐκκλησία* opposita sit, regnum Christi futurum denotat. Auctor igitur in oratione eucharistica res extremas in memoriam revocat, ut Dominus ipse Matth. 26, 29 et Paulus apostolus I Cor. 11, 26. Ut Swainson primus vidit, eadem fere gratiarum actio, quae hic fit pro accepto pane eucharistico, a Pseudo-Athanasio De virginitate c. 13 et quidem pro pane communi enuntianda exhibetur. In hoc enim libro legimus: *Ὅταν κατεσθῇς* (sc. *ἡ παρθένος*) *ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ἔρχῃ κλᾶσαι τὸν ἄρτον, . . εὐχαριστοῦσα λέγε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀναστάσεως σου, διὰ γὰρ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου ἐγνώρισας ἡμῖν αὐτήν, καὶ καθὼς ὁ ἄρτος οὗτος διεσκορπισμένος ὑπῆρχεν ὁ ἐπάνω ταύτης τῆς τραπέζης καὶ συναχθεὶς ἐγένετο ἕν, οὕτως ἐπισυναχθήτω σου ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν βασιλείαν σου, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.* (Migne, P. gr. t. 28 p. 266.)

5. *μηδεὶς κτλ.*] Similiter dicit Iustinus Apol. I, 66: *τῆς εὐχαριστίας οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρόν.* — *βαπτ. εἰς ὄνομα κυρίου*] Similiter Act. 19, 5 legimus, discipulos Ioannis Ephesi baptizatos esse in nomine Domini Iesu. Teste autem Doctrina inde nequaquam iam colligendum est, in sacramento administrando nonnisi verba *εἰς ὄνομα κυρίου* olim adhibita esse. Supra 7, 1. 3 enim Doctrina distinctis verbis praecipit, ut homo in nomine trinitatis baptizetur. — *μὴ δῶτε κτλ.*] Matth. 7, 6. Tertullianus De praescript. c. 41 dicit, in conventibus haereticorum ecclesiasticis non solum incertum esse, quis catechumenus sit, quis fidelis, cum pariter adeant, pariter audiant, pariter orent, sed etiam, si ethnici supervenerint, sanctum canibus et porcis margaritas, licet non veras, iactari.

X, 1. *ἐμπλησθῆναι*] Cf. Ioann. 6,

lectus factus est unus, ita colligatur ecclesia tua a finibus terrae in regnum tuum; quoniam tua est gloria et virtus per Iesum Christum in saecula. 5. Nemo autem edat neque bibat a vestra gratiarum actione, nisi qui baptizati sunt in nomine Iesu; de hoc etenim dixit Dominus: *Ne date sanctum canibus.*

X. Postquam autem impleti estis, sic gratias agite: 2. Gratias tibi agimus, pater sancte, pro sancto nomine tuo, quod fecisti ut habitet in cordibus nostris, et pro scientia et fide et immortalitate, quam indicasti nobis per Iesum puerum tuum; gloria tibi in saecula. 3. Tu, Domine omnipotens, *creasti omnia* propter nomen tuum, et cibum potumque dedisti hominibus ad fruendum, ut tibi gratias agant, nobis autem largitus es spiritualem cibum et potum et vitam aeternam per puerum tuum.

12, ubi vox de quinque milibus hominum a Domino satiatorum adhibetur. Vox indicat, tempore ortus Doctrinae cum sacra cena etiam epulas illas coniunctas fuisse, quae graeco nomine agape appellatae sunt. Cf. I Cor. 11, 20—22.

2. 8. *ἡμῶν* em: *ὑμῶν* cod — *πάτερ ἅγιε*] Eisdem verbis Dominus utitur Ioann. 17, 11. — *ἁγίου ὀνόματός σου*] Cf. Luc. 1, 49. Ioann. 17, 26 (*ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου*). — *κατεσκήνωσας*] Verbum sensu transitive etiam Ps. 22, 2 adhibetur, alias sensu intransitivo, ex gr. Ioann. 1, 14.

3. *δέσποτα*] Haec vox in oratione (Sirach 33, 1. Luc. 2, 29. Act. 4, 24. I Clem. 59, 4; 60, 3; 61, 1. 2) et alias a scriptoribus sacris et ecclesiasticis saepe adhibetur. Cf. ad eam et ad vocem *παντωκράτωρ* index vocabulorum, quem adieci editioni meae Patrum apostolicorum. — *ἔκτισας τ. π.*] Sap. 1, 14. Sirach 18, 1; 24, 8. Apoc. 4, 11. Cf. Eph. 3, 9. Hebr. 3, 4. — *ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου*] Haec verba in Vetere Testamento, inprimis in Psalmis saepius leguntur. Ps. 22, 3: *ὡδήγησέν με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.* Similiter Ps. 24, 11; 30, 4; 78, 9; 142, 11. In litteris christianis praeter hunc locum formula exstare non videtur. Hermas Vis. I, 1, 6 scribit, Deum omnia creasse propter sanctam ecclesiam suam. Auctor epistulae ad Diognetum 10, 2 docet propter homines mundum creatum esse. Idem dicunt Iustinus Apol. I, 10; II, 4. 5; Dialog. c. 41, et posteriores. Itaque formula illa antiquitatem maximam sapit. — *εἰς ἀπόλαυσιν*] Cf. I Tim. 6, 17: *παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν.* — *ἐχαρίσω*] Vox ex industria posita est. Hominibus omnibus Deus dat cibum communem, Christianis autem gratia speciali etiam cibum spiritualem. — *πνευματικὴν τροφήν*] Cf. Iust. Apol. I, 66 et Iren. Adv. haer. IV, 18, 5, ubi legimus, panem eucharisticum non esse panem communem. — *καὶ ζωὴν αἰώνιον*] Haec verba indicant effectum alimenti spiritualis. Sensus est igitur: largitus es nobis alimentum spirituale et per hoc (vel quod

διὰ τοῦ παιδός σου. 4. Πρὸ πάντων εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι δυνατὸς εἶ· σοὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 5. Μνήσθητι, κύριε, τῆς ἐκκλησίας σου τοῦ ῥύσασθαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ τελειῶσαι αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, *καὶ σύναξον* αὐτὴν *ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων*, τὴν ἁγιασθεῖσαν, εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. 6. Ἐλθέτω χάρις καὶ παρελθέτω ὁ κόσμος οὗτος. *Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ.* Εἴ τις ἅγιός ἐστιν, ἐρχέσθω· εἴ τις οὐκ ἔστι, μετανοείτω· *μαρὰν ἀθά*· ἀμήν. Τοῖς δὲ προφήταις ἐπιτρέπετε εὐχαριστεῖν, ὅσα θέλουσιν.

operatur) vitam aeternam. Ignatius Eph. 20, 2 eucharistiam pharmacum immortalitatis appellat.

4. 2. *σοὶ* em Br : *σὺ* cod, *σύ, σοὶ* Harnack. — Apoc. 11, 17 legimus: *εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, . . ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην καὶ ἐβασίλευσας.* — *δυνατὸς εἶ*] Cf. Ps. 88, 9. Luc. 1, 49.

5. *ῥύσασθαι κτλ.*] Cf. Matth. 6, 13. Ioann. 17, 15. — *τελειῶσαι κτλ.*] Cf. Ioann. 17, 23. I Ioann. 2, 5. I Clem. 50, 3 (*οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέντες*). — *σύναξον κτλ.*] Matth. 24, 31: *καὶ συνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων.* — *τὴν ἁγιασθεῖσαν*] sc. sanguine Christi. Cf. Ioann. 17, 19. Eph. 5, 25 (*ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ*). Hebr. 10, 10 (*ἡγιασμένοι ἐσμὲν διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος Ἰ. Χριστοῦ ἐφάπαξ*). Herm. Vis. I, 3, 4. Bryennius et Schaff verbum cum sequentibus construunt, ita ut sensus sit: ecclesia, quae sanctificata est in regnum tuum vel ut hereditet regnum tuum. Supra 9, 4 autem verba *εἰς τὴν σὴν β.* cum *συναχθήτω* coniuncta sunt. — *ἡτοίμασας*] Cf. Matth. 25, 34: *κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν.* Hebr. 11, 16.

6. 7. *ὡσαννὰ* em : *ὡς ἀννὰ* cod | *υἱῷ* em : *θεῷ* cod | 8. sq. *μαραναθὰ* cod — *ἐλθέτω κτλ.*] Veteres Christiani non solum hunc mundum brevi tempore praeteriturum esse credebant, sed etiam pro accelerando eius fine adventuque Christi orabant. Cf. Apoc. 22, 17: *καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν· Ἔρχου, καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω· Ἔρχου,* 20: *ἔρχου, κύριε Ἰησοῦ.* Tertullianus Apolog. c. 39 quidem scribit: Oramus pro mora finis. Similiter De orat. c. 5 in explicando secundo orationis dominicae articulo commemorat, quosdam protractum quemdam (in) saeculo postulare. Ipse autem eodem loco censet, regnum Dei, quod ut adveniat oramus, ad consummationem saeculi tendere et cum aliis Christianis optat maturius regnare et non diutius servire. — *χάρις*] Cf. I Petr. 1, 13: *ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰ. Χριστοῦ.* — *παρελθέτω*] Cf. Matth. 5, 18. I Cor. 7, 31. II Petr. 3, 10. Apoc. 21, 1. — *ὡσαννὰ τῷ θεῷ Δαβίδ*] Matth. 21, 9. 15. Sic Iesus Hierosolyma intrans a turbis populi salutatus est. Eisdem verbis teste Hegesippo (Eus. H. E. II, 23) multi testimonio Iacobi ad fidem adducti vel in fide confirmati Iesum

4. Ante omnia gratias tibi agimus, quod potens es; gloria tibi in saecula. 5. Recordare, Domine, ecclesiae tuae, ut eam liberes ab omni malo eamque perficias in caritate tua, *et collige* eam *a quattuor ventis* sanctificatam in regnum tuum, quod ei parasti, quoniam tua est virtus et gloria in saecula. 6. Adveniat gratia et praetereat mundus hic. *Hosanna filio David*. Si quis sanctus est, accedat; si quis non est, paenitentiam agat. *Maranatha*, Amen. 7. Prophetis vero permittite gratias agere, quantas volunt.

glorificaverunt. Verba aptissime hoc loco posita sunt, ubi Christus rediturus exspectatur. Quod autem ad vocem *ὡσαννά* attinet, LXX Ps. 117, 25 interpretati sunt: *ὦ κύριε σῶσον δή* (הוֹשִׁיעָה נָּא), *ὦ κύριε εὐόδησον δή*, et Clemens Alex. Paedag. I, 5, 12 p. 105 scribit: *φῶς καὶ δόξα καὶ αἶνος μεθ᾽ ἱκετηρίας τῷ κυρίῳ· τουτὶ γὰρ ἐμφαίνει ἑρμενόμενον Ἑλλάδι φωνῇ τὸ ὡσαννά*. Lucas 19, 28 totum locum, Marcus 11, 9 et Ioannes 12, 13 verba saltem *τῷ υἱῷ Δαβίδ* omiserunt, vocem *ὡσαννά* solam exhibentes. Quae respiciens atque considerans, Iesum ipsum Matth. 22, 42—45 ex Pharisaeis dicentibus, Christum esse filium David, quaesiisse, quomodo filius esset David, quippe qui Ps. 109, 1 eum Dominum appellaret, atque Barnabam 12, 10—11 et nonnullos alios scriptores ecclesiasticos eos impugnare, qui dixerunt, Christum esse filium David vel filium hominis, Harnack lectionem codicis retinendam esse putavit. Haec bene dicta sint. Sin autem mecum reputo, locum sollemnissimum atque verba ea esse, quae e S. Scriptura deprompta esse nemo ignoravit, persuadere mihi non possum, auctorem *θεῷ* scripsisse, sed minime dubito, hanc lectionem per lapsum librarii in textum irrepsisse. — *εἴ τις ἅγιος κτλ.*] Cum in praecedenti de transitu mundi et adventu Christi sermo sit, haec verba non de accessu ad sacram cenam, sed de introitu in ecclesiam Dominum exspectantem intellegenda sunt. Quae cum ita sint, admonitio ad paenitentiam minus ad fideles peccatores, quam ad catechumenos et infideles dirigitur. Celsus apud Orig. C. Cels. III, 59 refert, gentiles ad mysteria vocasse alios: *ὅστις χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετός*, alios: *ὅστις ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους, καὶ ὅτῳ ἡ ψυχὴ οὐδὲν σύνοιδε κακόν, καὶ ὅτῳ εὖ καὶ δικαίως βεβίωται*. — *μαρὰν ἀθά*] I Cor. 16, 22. Alii verba illa aramaica interpretantur: Domine noster, veni (cf. Apoc. 22, 20); alii: Dominus venit (*ἥκει* vel *ἦλθεν*). Utcunque autem verba vertuntur, locus finem Apocalypsis (22, 20) in memoriam revocat. — *ἀμήν*] Hanc vocem Doctrina hoc tantum loco exhibet.

7. Sensus: prophetis eisque solis licet, in sacra cena et agape celebranda, formulis orationis supra allegatis praetermissis, libere gratias agere, quantas volunt. Iustinus similem libertatem episcopo tribuit, Apolog. I, 67 scribens: *καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει*. Clemens Rom. I Cor. 41, 1 omnes ad-

XI. Ὃς ἂν οὖν ἐλθὼν διδάξῃ ὑμᾶς ταῦτα πάντα τὰ προειρημένα, δέξασθε αὐτόν· 2. ἐὰν δὲ αὐτὸς ὁ διδάσκων στραφεὶς διδάσκῃ ἄλλην διδαχὴν εἰς τὸ καταλῦσαι, μὴ αὐτοῦ ἀκούσητε· εἰς δὲ τὸ προσθεῖναι δικαιοσύνην καὶ γνῶσιν κυρίου, δέξασθε αὐτὸν ὡς κύριον.

3. Περὶ δὲ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, κατὰ τὸ δόγμα τοῦ εὐαγγελίου οὕτω ποιήσατε. 4. Πᾶς δὲ ἀπόστολος ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς δεχθήτω ὡς κύριος· 5. οὐ μενεῖ δὲ εἰ μὴ ἡμέραν μίαν· ἐὰν δὲ ᾖ χρεία, καὶ τὴν ἄλλην· τρεῖς δὲ ἐὰν μείνῃ, ψευδοπροφήτης

hortatur, ut in suo quisque ordine Deo gratias agant.

XI. Hoc caput et sequentia praecepta continent disciplinam ecclesiasticam spectantia.

1. *τ. π. τὰ προειρημένα*] i. e. omnia quae in capitibus decem prioribus dicta sunt. Cf. 7, 1.

2. *διδ. ἄλλην διδαχὴν κτλ.*] Cf. II Ioann. 10: *εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.* II Petr. 2, 1. Ign. Eph. 9, 1. — *καταλῦσαι*] sc. *τὰ προειρημένα* vel *τὴν διδαχὴν προειρημένην.* — *προσθεῖναι . . γνῶσιν κ.*] Cf. Prov. 2, 5. 6. Eccles. 1, 18 (*ὁ προστιθεὶς γνῶσιν*). — *ὡς κύριον*] Cf. 4, 1. 11; 11, 4. Matth. 10, 40. Ioann. 13, 20. Ign. Eph. 6, 1. Pseudo-Ath. De virg. c. 22.

3. *ἀποστόλων*] Vox ab auctore sensu ampliore adhibetur; non denotat duodecim apostolos a Domino electos, sed universe praedicatores evangelii, qui religionem christianam anuntiantes inprimis ad infideles se conferunt. Similiter eodem nomine in S. Scriptura comites et socii apostolorum vel etiam alii praedicatores evangelii appellantur. Cf. Act. 14, 4. 14. Rom. 16, 7. I Cor. 15, 7. Apoc. 2, 2. In ceteris litteris christianis veteribus vox illo sensu raro adhibita esse videtur. Hermas, Sim. IX, 15, 4; 16, 5; 25, 2 cf. Vis. III, 5, 1, de apostolis et doctoribus praedicationis filii Dei loquens voce *ἀπόστολος* sensu potius strictiore quam ampliore usus esse putandus est. Eusebius H. E. III, 37; V, 10 praedicatores evangelii evangelistas nominat, secundo loco addens, apostolorum exemplo eos studium suum ad aedificationem fidei et ad incrementum verbi divini conferre properasse. H. E. I, 12 idem apostolorum duodecim socios enumerat. Irenaeus Adv. haer. II, 21, 1 et Tertullianus Adv. Marc. IV, 24 septuaginta Domini discipulos apostolos nominant; IV, 12, 5 ille insuper dicit, Dominum apostolorum partem promisisse eis, qui omnia sua vendentes et pauperibus dividentes ipsum secuti essent. Clemens Alex. non solum Barnabam (Strom. II, 6, 31; II, 7, 35 p. 445. 447), sed etiam Clementem Romanum (Strom. IV, 17, 107 p. 609) apostolum appellat. Origenes (In Ioann. t. 32, 10, De la Rue IV, 430 sq.) unumquemque, qui mittitur ab aliquo,

XI. Qui igitur ad vos veniens docuerit vos haec omnia praedicta, eum suscipite. 2. Sin autem doctor ipse perversus doceat aliam doctrinam, ita ut dissolvat, ne eum audite; si vero docet, ita ut addat iustitiam et scientiam Domini, suscipite eum sicut Dominum.

3. Quod autem apostolos attinet et prophetas, secundum decretum Evangelii sic facite. 4. Omnis apostolus veniens ad vos suscipiatur sicut Dominus; 5. non autem manebit nisi unum diem, si opus est et alterum; tres autem si maneat,

apostolum eius nominat, qui misit. C. Cels. III, 9 idem apostolos quidem non nominat, sed describit, narrans, Christianos, quantum in se sit, curare, ut quo terrarum cumque ipsorum doctrina dispergatur; quosdam id sibi negotium desumsisse, ut non solum urbes, sed etiam vicos et villas obambularent, quo alios ad pium Dei cultum adducerent. Denique notandum est, teste Epiphanio H. 30, 4. 11 apud Iudaeos assessores patriarchae apostolos vocatos esse. — *προφητῶν*] Praeter apostolos auctor igitur prophetas cognitos habet. Eodem modo apostoli ac prophetae simul commemorantur I Cor. 12, 28. 29; Eph. 2, 20; 3, 5; 4, 11; Apoc. 18, 20. Praeterea prophetarum christianorum S. Scriptura mentionem facit Act. 11, 27. 28; 13, 1; I Cor. 14, 29—39. — *κατὰ τὸ δόγμα τ. εὐαγγελίου*] Vox *δόγμα* decretum vel mandatum denotat etiam Luc. 2, 1; Act. 16, 4; 17, 7; Eph. 2, 15. Auctor Matth. 10, 5—12; 7, 15—23; 10, 40—42; Luc. 9, 1—6; 10, 4—21 ante oculos habere videtur. Paulus quoque I Cor. 14, 37 dicit, quae de prophetis et spiritualibus scribat, ea esse mandata vel mandatum (*ἐντολή*, ut legunt Wescott et Hort) Domini.

4. *ὡς κύριον*] Cf. 4, 1. Ign. Eph. 6, 1.

5. 8. *εἰ μὴ* addidi respiciens 12, 2: omisit cod, Hilgf. locum sanare studuit omittens *οὐ*. — *ἡμέραν μίαν*] Infra 12, 2 Doctrina cuique fratri peregrinanti christiano permittit duos vel tres dies in ecclesia manere eiusque hospitio uti. Apostolis unus vel ad summum duo dies conceduntur, cum eis non inter fideles, sed inter infideles opus incumbat. Ut ex sequentibus patet et Lucianus in libro testatur, qui inscribitur Peregrinus Proteus, plures iure hospitii abusi erant. — *ψευδοπροφήτης*] Cum de apostolis sermo sit, vox *ψευδαπόστολος* desideratur, quae legitur II Cor. 11, 13. Vox *ψευδοπροφήτης* autem non solum in S. Scriptura saepius exstat (Matth. 7, 15; 24, 11. 24. Apoc. 16, 13; 19, 20; 20, 10), sed etiam falsum doctorem designat. I Ioann. 4, 1 pseudoprophetae nominantur, falsi doctores autem intellegendi sunt. Tertullianus De praescript. c. 4 dicit: Qui pseudoprophetae sunt, nisi falsi praedicatores? Qui pseudapostoli, nisi adulteri evangelizatores?

ἐστίν. 6. Ἐξερχόμενος δὲ ὁ ἀπόστολος μηδὲν λαμβανέτω εἰ μὴ ἄρτον, ἕως οὗ αὐλισθῇ· ἐὰν δὲ ἀργύριον αἰτῇ, ψευδοπροφήτης ἐστί.
7. Καὶ πάντα προφήτην λαλοῦντα ἐν πνεύματι οὐ πειράσετε

6. Cf. Matth. 10, 9. 10; Marc. 6, 8; Luc. 9, 3, ubi Dominus apostolis ad evangelium praedicandum exeuntibus praecipit, ne possideant aurum neque argentum neque pecuniam in zonis suis, apud Matthaeum autem addit, dignum esse operarium cibo suo. — *μηδὲν λαμβανέτω*] Apostolus igitur praeter victum necessarium omnino nihil accipiat. Eusebius H. E. III, 37 praeterea refert, apostolos vel potius evangelistas, quo nomine utitur, antequam ad evangelium praedicandum exierunt, praeceptum Domini (Matth. 19, 21) explevisse et facultates suas inter egentes divisisse. Cf. Iren. Adv. haer. IV, 12, 5. — *ψευδοπροφήτης*] Cf. II Petr. 2, 1: *ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας κτλ.*, v. 3: *καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται.*

7—12. Prophetae, de quibus in hac sectione agitur, instar doctorum in ecclesia considere potuerunt (cf. 13, 1), cum apostolis ad fidem praedicandam peregrinandum neque diutius in ecclesia manere licitum esset (cf. v. 5), et in loco aliquo manentes aeque ac doctores a Christianis sustentandi erant (13). Itaque ecclesiis singulis serviebant, eas docentes atque aedificantes. Munus vero, quod proprie eis incumbebat, erat *τὸ λαλεῖν ἐν πνεύματι* (cf. v. 7). Cum charismatibus essent praediti, locum in ecclesiis obtinebant principalem. Supra 10, 7 in eucharistia celebranda eis permittitur, quod nemini alii, scilicet gratias agere formula orationis tradita non utentes, sed quantum velint. Infra 13, 3 *ἀρχιερεῖς* Christianorum appellantur; et 15, 2, ubi lectores admonentur, ne episcopos ac diaconos contemnant, exhortatio eo probatur, quod hi una cum prophetis et doctoribus honorati sint inter Christianos. Vox *προφήτης* in Doctrina quindecies nobis occurrit, cum voces *ἀπόστολος* (inscriptione praetermissa) et *διδάσκαλος* ter, voces *ἐπίσκοπος* et *διάκονος* semel tantum legantur. Attamen praepositi ecclesiarum proprie dicti prophetae non erant. Ex 13, 4 apparet, ecclesias fuisse, quae prophetas non habebant. Praepositi ei potius dicendi sunt, quos ut eligant ecclesiae 15, 1 in universum admonentur, scilicet episcopi et diaconi. Prophetae autem, ut ipsi charismatibus fruiti sunt, ita ecclesiarum charismata fuerunt, et locus, quem obtinebant, principatus magis honoris, ut ita dicam, quam iurisdictionis erat. Similiter de doctoribus iudicandum esse videtur, quamquam eos quoque in ecclesiis nonnullis defuisse auctor non dicit. Loci S. Scripturae, quibus prophetae, sive soli sive una cum apostolis, commemorantur, supra v. 3 allati sunt. Post scriptores sacros et Doctrinam apostolorum prophetarum christianorum raro tantum in litteris christianis mentio fit. Amplissime de eis agit Hermas Mand. XI, ipse donum prophetiae sibi vindicans. Alii quidem de donis propheticis ad-

pseudopropheta est. 6. Abiens vero apostolus nihil accipiat nisi panem, donec devertat; si argentum poscit, pseudopropheta est.

7. Et omnem prophetam loquentem in spiritu ne tentate neque

huc exstantibus loquuntur, prophetas autem iam non diserte nominant. Barnabas 16, 9 dicit, verbum Dei in nobis prophetare: *αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων*. Iustinus scribit Dialog. c. 82: *παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν*, c. 88: *καὶ παρ' ἡμῖν ἔστιν ἰδεῖν καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας, χαρίσματα ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ ἔχοντας*. Irenaeus Adv. haer. II, 32, 4 de gratia Domini loquens exponit, alios Christianorum daemones expellere, alios praescientiam habere futurorum et visiones et dictiones propheticas, *ὀπτασίας καὶ ῥήσεις προφητικάς*, cum III, 11, 9 et V, 6, 1 non tam de sua quam de apostolorum aetate agat. Adversarius Montanistarum ignotus, cuius verba laudat Eusebius H. E. V, 17, satis accurate indicat, suo tempore iam non prophetas alios fuisse quam pseudoprophetas Montanistarum. Scribit quidem, prophetiae donum in omni ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere. Nec vero alio consilio id dicit, nisi ut impugnet confutetque Montanistas, qui ipsorum prophetas post Quadratum et Ammiam Philadelphensem in prophetiae gratiam successisse praedicabant, post Montanum autem et Maximillam ac Priscillam non prophetam aliquem ostendere poterant, etiamsi *δεῖν εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας ὁ ἀπόστολος ἀξιοῖ*. Praeterea adversarios non ad prophetas in ecclesia catholica adhuc exstantes provocat, sed sententiam, ut verba ipsius docent, auctoritate potius apostoli probat. Prophetas denique Christianorum enumerans post laudatos alios iam non nominare potuit, cum reliqui, quos vocat, tempore priores sint, scilicet Agabus (Act. 11, 28; 21, 10), Iudas et Silas (Act. 15, 22. 27. 32. 34, et Philippi filiae. Quae cum ita sint, Celso philosopho narranti, multos suo tempore fuisse prophetas christianos in Phoenicia ac Palaestina (Orig. C. Cels. VI, 9), exigua sane fides habenda est, etiamsi non omnino est dubitandum, id quod Origenes (ib. c. 11) fecit, eum huiusmodi homines vidisse, aut verba ad prophetas vel praestigiatores haereticorum referenda sunt, quos Celsus antea (ib. c. 24—41) respexit.

7. *ἐν πνεύματι*] i. e. *ἐν ἐκστάσει*, ut ex sequentibus apparet. Cf. I Cor. 12, 3; 14, 2. Apoc. 1, 10; 4, 2; 17, 3. Herm. Vis. I, 1, 3; II, 1, 1; Sim. IX, 1, 4. Tempore igitur Doctrinae licebat in ecstasi loqui. Saeculo autem secundo ad finem vergente Miltiades teste Eusebio H. E. V, 17 peculiari opere adversus Montanistas confecto docuit, *μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν*. — *οὐ πειράσετε κτλ.*] Auctor hoc loco de propheta probato agit, cum versibus sequentibus de falso propheta et de modo dicat, quo cognoscendus sit. Itaque hic prophetam tentari vetat, cum Paulus I Cor. 12, 10; 14, 29 prophetas diiudicari velit et Ioannes I, 4, 1 admoneat, ne quis omni spiritui credat, sed spiritus probet, an ex Deo sint, quoniam multi

οὐδὲ διακρινεῖτε· *πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ἀφεθήσεται*, αὕτη δὲ ἡ ἁμαρτία *οὐκ ἀφεθήσεται.* 8. Οὐ πᾶς δὲ ὁ λαλῶν ἐν πνεύματι προφήτης ἐστίν, ἀλλ' ἐὰν ἔχῃ τοὺς τρόπους κυρίου. Ἀπὸ οὖν τῶν τρόπων γνωσθήσεται ὁ ψευδοπροφήτης καὶ ὁ προφήτης. 9. Καὶ πᾶς προφήτης ὁρίζων τράπεζαν ἐν πνεύματι, οὐ φάγεται ἀπ' αὐτῆς, εἰ δὲ μήγε ψευδοπροφήτης ἐστί. 10. Πᾶς δὲ προφήτης διδάσκων τὴν ἀλήθειαν, εἰ ἃ διδάσκει οὐ ποιεῖ, ψευδοπροφήτης ἐστί. 11. Πᾶς δὲ προφήτης δεδοκιμασμένος, ἀληθινός, ποιῶν εἰς μυστήριον κοσμι-

pseudoprophetae exierunt in mundum. Similiter ac Doctrina Pseudoclemens Hom. I, 19 scribit, cum aliquis prophetam per omnem propheticam inquisitionem comprobaverit eumque verum esse cognoverit, de cetero ipsi omnia credenda nec amplius singulatim eius dicta discutienda, sed ea firma certaque praesumenda esse. Propheta autem, quem Pseudoclemens l. c. respicit, non unus ex multis est, sed propheta verus, quem ad voluntatem Dei occultam illustrandam praedicandamque in Adam, Mose et Christo apparuisse putat. — *πᾶσα ἁμαρτία κτλ.*] Matth. 12, 31, ubi peccatum, quod non remittitur, spiritus blasphemia (*ἡ τοῦ πνεύματος βλασφημία*) appellatur. Ab Irenaeo Adv. haer. III, 11, 9 et ab Epiphanio H. 51 c. 35 hoc dictum refertur ad Alogos, qui evangelium simul et propheticum repulisse spiritum ab illo potius dici potuerunt, quam Montanistae, quos l. c. eum respexisse nonnulli censuerunt.

8. *ἀλλ' ἐὰν κτλ.*] Cf. Matth. 7, 21—23. — *ἀπὸ οὖν τῶν τρόπων κτλ.*] Similiter Matth. 7, 16. 20 Dominus dicit: *ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς*, sc. falsos prophetas. Hermas Mand. XI, 7 scribit: *ὥς σοι μέλλω λέγειν, οὕτω δοκιμάσεις τὸν προφήτην καὶ τὸν ψευδοπροφήτην· ἀπὸ τῆς ζωῆς δοκίμαζε τὸν ἄνθρωπον τὸν ἔχοντα τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον*, et postquam mores utriusque prophetae descripsit, dicit v. 16: *ἔχεις ἀμφοτέρων τῶν προφητῶν τὴν ζωήν· δοκίμαζε οὖν ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ τῆς ζωῆς τὸν ἄνθρωπον τὸν λέγοντα ἑαυτὸν πνευματοφόρον εἶναι.* Similiter de discernendis prophetis Melito in libro *περὶ πολιτείας καὶ προφητῶν* iudicasse putandus est. Cf. Eus. H. E. V, 18, ubi Apollonius eundem canonem ad probandos prophetas Montanistarum statuit.

9. 5. *ὁρίζων* em: *ὁ ῥίζων* cod, *ὁ ῥέζων* Gordon. — Sensus est: si propheta in spiritu loquens iusserit mensam parari, pauperes satiabuntur, ipse autem nihil sumet, ne videatur sua curare; sin autem, pseudopropheta habebitur. Hermas Mand. XI, 12 praeter alia de falso propheta dicit, in multis deliciis eum versari et in aliis multis voluptatibus et mercedes accipere prophetiae suae.

10. *διδάσκει . . ποιεῖ*] Verus propheta id, quod docet, etiam facit. Similiter Matth. 23, 3 Dominus vult, ut homines faciant, quod docentur, et Pharisaeos vituperat, quod dicunt quidem, neque vero faciunt. Cf. Matth. 5, 19. Ign. Eph. 15, 1. 2.

11. Hic versus difficillimus est ad interpretandum. Quaeritur ante om-

discernite; *omne* enim *peccatum remittetur*, hoc autem peccatum *non remittetur*. 8. Non omnis, qui loquitur in spiritu, propheta est, sed si habet mores Domini; ex moribus igitur cognoscetur pseudopropheta et propheta. 9. Et nullus propheta decernens mensam in spiritu edet ab ea, nisi pseudopropheta est. 10. Omnis autem propheta docens veritatem, si quae docet non facit, pseudopropheta est. 11. Omnis vero propheta probatus verus, qui

nia, an textus genuinus sit. Nonnulli locum emendare studuerunt. Zahn praepositionem *εἰς* ante *ἐκκλησίας* posuit, ita ut sensus sit: faciens mysterium saeculare vel terrenum in ecclesiis. Hilgenfeld (*Zeitschrift für wiss. Theol.* 1885 p. 93; in editione Doctrinae pro *ποιῶν* insuper *μυῶν* posuit) pro *κοσμικόν* legens *κοσμικῶν* interpretatur: omnis propheta verax probatus, qui per mysterium facit ecclesias cosmicorum vel gentilium, neque vero eos disciplinam paracleti severam docet. Petersen pro *κοσμικόν* conicit *κόσμιον* et mysterium castum prophetarum christianorum opponit mysteriis immundis gentilium. Plerique textum codicis non mutaverunt, verba *ποιῶν — ἐκκλησίας* autem alii aliter explicuerunt. Bryennius, locum obscurum esse affirmans, hanc interpretationem velut probabiliorem exhibet: omnis propheta verax, congregans populum, ut ei ostendat opus symbolicum, quod ipse operatur ad consolationem et exhortationem fidelium, nec vero populum facere docet, quidquid ipse facit, non iudicabitur; eodem enim modo egerunt etiam veteres prophetae, exempli causa Iesaias, cui Dominus locutus est dicens (20, 2—4): Vade et solve saccum de lumbis tuis, et calceamenta tua tolle de pedibus tuis, et fac (fecit Vulg.) sic, vadens nudus et discalceatus; et dixit Dominus: Sicut ambulavit servus meus Iesaias nudus et discalceatus tres annos, tres anni erunt signa et portenta Aegyptiis et Aethiopibus, quoniam sic ducet rex Assyriorum captivitatem Aegypti et Aethiopiae, iuvenes et senes, nudos et discalceatos etc. Contulit praeterea Ierem. 19; Ezech. 4; 5; 12; 24; 37; III Reg. 11; 29 sq.; Act. 21, 10—11. Harnack respiciens Eph. 5, 32, ubi Paulus de matrimonio dicit: *τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν*, atque reputans, ecclesiam a veteribus non solum sponsam, sed etiam carnem et sanctam carnem Christi appellari et inde colligi, membro ecclesiae velut membro carnis Christi matrimonium devitandum esse (?), quoniam cum Christo coniunctum sit (cf. II Clem. 14, 1—4. Ign. Polyc. 5, 2. Tert. De monog. c. 11), interpretatur: agens respectu mysterii terreni ecclesiae, scilicet matrimonio abstinens. Interpretationi vero obstat, quod auctor facinus prophetae defendit vel excusat, cum virginitas apud Christianos veteres nec defendenda nec excusanda esset. Hitchcock et Brown, respicientes Luc. 22, 19 et I Cor. 11, 24—25, ubi locutio *ποιεῖν εἰς* invenitur (*τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*), interpretantur: agens respectu mysterii

κὸν ἐκκλησίας, μὴ διδάσκων δὲ ποιεῖν, ὅσα αὐτὸς ποιεῖ, οὐ κριθήσεται ἐφ᾽ ὑμῶν· μετὰ θεοῦ γὰρ ἔχει τὴν κρίσιν· ὡσαύτως γὰρ ἐποίησαν καὶ οἱ ἀρχαῖοι προφῆται. 12. Ὃς δ᾽ ἂν εἴπῃ ἐν πνεύματι· Δός μοι ἀργύρια ἢ ἕτερά τινα, οὐκ ἀκούσεσθε αὐτοῦ· ἐὰν δὲ περὶ ἄλλων ὑστερούντων εἴπῃ δοῦναι, μηδεὶς αὐτὸν κρινέτω.

XII. Πᾶς δὲ ὁ *ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου* δεχθήτω· ἔπειτα δὲ δοκιμάσαντες αὐτὸν γνώσεσθε, σύνεσιν γὰρ ἕξετε δεξιὰν καὶ ἀριστεράν. 2. Εἰ μὲν παρόδιός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, βοηθεῖτε αὐτῷ, ὅσον δύνασθε· οὐ μενεῖ δὲ πρὸς ὑμᾶς εἰ μὴ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἐὰν ᾖ ἀνάγκη. 3. Εἰ δὲ θέλει πρὸς ὑμᾶς καθίσαι, τεχνίτης ὤν, ἐργαζέσθω καὶ φαγέτω. 4. Εἰ δὲ οὐκ ἔχει τέχνην, κατὰ τὴν

ecclesiae in terra, i. e. agens in usum vel commodum ecclesiae, quae est mysterium. Krawutzcky, *Theol. Quartalschrift* 1884 p. 581, locum de matrimonio, semel inito vel iterato, interpretatur, cum matrimonium una ex parte mundanum vel terrenum, altera ex parte mysterium ecclesiae sit. Cui interpretationi favet, quod verba Domini Matth. 19, 12 et Pauli apostoli I Cor. 7, 25—38 de virginitate, si ad ordinem aliquem ecclesiasticum, facillime a nonnullis ad prophetas referri eisque matrimonium crimini dari poterat, cum altera ex parte matrimonium eis nusquam interdictum esset. Hicks (cf. Schaff p. 203) explicat: congregans ecclesias, ut revelet, quae in mundo futura sunt, instar Agapi prophetae per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum significantis (Act. 11, 28), vel ut poenas denuntiet inimicis ecclesiae, quae prophetiae magistratus facile contra Christianos provocare poterant. Schaff respiciens 11, 9 et capita IX, X et XIV, mundanum ecclesiae mysterium de sacramento eucharistiae, quod in ecclesia graeca graviter *μυστήριον* appellatum sit (Eph. 5, 32?), vel etiam de lege ceremoniali observanda sive iugo toto portando (6, 2) intellegendum esse putat, concedit vero, interpretationes, quas Bryennius et Hicks proposuerunt, magis consentaneas esse. Equidem coniecturis aliam addere nolo, revoco autem lectorem ad Ascensionem Iesaiae c. 6 ed. Dillmann p. 27, ubi auctor de visione dicit, quae non fuit ex hoc mundo, et animadverto, praeter duas illas interpretationes, quarum altera loco modo laudato sustinetur, eam quoque consideratione dignam esse, quam fecit Krawutzcky. — *ἀρχαῖοι προφῆται*] Hilgenfeld et Harnack censent, auctorem hic generationem prophetarum christianorum in mente habuisse, scilicet Agabum, Iudam, Silam, Philippi filias, Ammiam Philadelphensem, Quadratum, quos scriptor ignotus circa annum 192 apud Eusebium H. E. V, 17 recenset, et si Doctrina circa vel post saeculum II medium exorta est, de his cogitari potest. Sin autem scriptura ad finem saeculi I referenda est, verba potius de prophetis Veteris Testamenti interpretanda sunt.

facit congregationes in mysterium mundanum, nec vero docet omnia facienda esse, quae ipse facit, non iudicabitur apud vos; cum Deo enim habet iudicium; eodem enim modo egerant et veteres prophetae. 12. Qui autem dixerit in spiritu: Da mihi argentum et alia quaedam, ne eum audiatis; si vero dixerit, ut pro aliis indigentibus detur, nemo eum iudicet.

XII. Omnis, qui *venit in nomine Domini*, suscipiatur; postea autem probantes eum cognoscetis, intellectum enim habebitis diiudicantem dexteram et sinistram. 2. Si quidem veniens transiens est, adiuvate eum quantum potestis; non manebit autem apud vos nisi duos vel tres dies, si necessarium est. 3. Si vero apud vos considere vult et artifex est, laborato et edito. 4. Sin non exercet artem, pro prudentia vestra curate,

12. *δός μοι κτλ.*] Dominus enim Matth. 10, 8 dixit: Gratis accepistis, gratis date. Cf. Act. 8, 18—20. Mich. 3, 11.

XII. Postquam auctor exposuit, quomodo apostoli et prophetae in ecclesiam vel ad fratres advenientes suscipiendi sint, docet, qua ratione reliqui advenae christiani accipiantur.

1. 7. *ἕξετε : ἕξεται* cod — *ὁ ἐρχόμενος κτλ.*] Matth. 21, 9. Ps. 117, 26. Cf. Ioann. 5, 43. — *δεχθήτω*] i. e. hospitaliter suscipiatur, et quidem, ut ex sequentibus patet, confestim et priusquam probatur. — *ἔπειτα κτλ.*] Sensus non est dubius. Quaeritur autem, num verba *δεξιὰν καὶ ἀριστεράν* construenda sint cum *γνώσεσθε*, ita ut verba *σύνεσιν γὰρ ἕξετε* in parenthesi ponenda sint, an cum *σύνεσιν*, ita ut locus vertendus sit: intellectum enim habebitis diiudicantem dexteram et sinistram. Illa constructio quidem minus dura est et a Bryennio epistula ad Harnack data probatur, postquam in editione sua interpretatus est: *δοκιμάσατε αὐτοὺς διὰ τῶν τρόπων τῆς συνέσεως τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, κατὰ τὸ ἀποστολικόν· διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν* (II Cor. 6, 7). Attamen haec praeferenda esse videtur. Constitutiones apost. VII, 28 post *ἕχετε* inserunt: *καὶ δύνασθε γνῶναι* sc. *δεξιὰν κτλ.* — *δεξιὰν κτλ.*] Cf. Ion. 4, 11. II Cor. 6, 7.

2. Teste Iustino Apol. I, 67 dona in ecclesia collecta etiam ad subveniendum advenientibus peregre hospitibus (*παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις*) adhibebantur. Ignatius Romanis 9, 3 scribit, ecclesias eum suscepisse *οὐχ ὡς παροδεύοντα*. Clemens Romanus I Cor. 1, 2 hospitalitatem praedicat, quam Corinthii eis praebuerunt, qui apud ipsos deversabantur.

3. 10. *καθίσαι* em : *καθῆσαι* cod — *ἐργαζέσθω κτλ.*] Cf. II Thess. 3, 10: *εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.* Constit. apost IV, 2 episcopus admonetur, ut artifici opus, invalido misericordiam (*τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος*) praebeat curamque habeat, ut orphanus artem discat et vitae quaestum inde percipiat.

σύνεσιν ὑμῶν προνοήσατε, πῶς μὴ ἀργὸς μεθ' ὑμῶν ζήσεται Χριστιανός. 5. Εἰ δ' οὐ θέλει οὕτω ποιεῖν, χριστέμπορός ἐστι· προσέχετε ἀπὸ τῶν τοιούτων.

XIII. Πᾶς δὲ προφήτης ἀληθινός, θέλων καθίσαι πρὸς ὑμᾶς, *ἄξιός* ἐστι *τῆς τροφῆς αὐτοῦ*. 2. Ὡσαύτως διδάσκαλος ἀληθινός ἐστιν *ἄξιος* καὶ αὐτὸς ὥσπερ *ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ*· 3. Πᾶσαν οὖν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ καὶ ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων λαβὼν δώσεις τὴν ἀπαρχὴν τοῖς προφήταις· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ ἀρχιερεῖς ὑμῶν. 4. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχητε προφήτην, δότε τοῖς πτωχοῖς. 5. Ἐὰν σιτίαν ποιῇς, τὴν ἀπαρχὴν λαβὼν δὸς κατὰ τὴν

4. *μὴ ἀργός*] Animadverte, quantopere Doctrina otium condemnet atque officium laboris inculcet. — *Χριστιανός*] Haec vox hoc tantum Doctrinae loco exstat.

5. *χριστέμπορος*] Vox etiam a Pseudoignatio Trall. 6, 2 et Magn. 9, 5, ab Athanasio, Basilio et Ioanne Chrysostomo adhibetur. De lucro e pietate quaerendo etiam I Tim. 6, 5 et II Clem. 20, 4 et Clem. I Virg. 13, 5 sermo fit. — *προσέχετε ἀπό*] Cf. 6, 3. Matth. 7, 15; 10, 17; 16, 6. 11. — *τῶν τοιούτων*] Cf. Barn. 10, 4.

XIII. Supra 11, 7—12 de propheta diiudicando auctor egit. Nunc prophetam verum ecclesiae sustentandum esse exponit.

1. 4. *καθίσαι* em: *καθῆσαι* cod — *ἄξιος κτλ.*] Matth. 10, 10. Cf. Luc. 10, 7. I Cor. 9, 13. 14. I Tim. 5, 17. 18.

2. *διδάσκαλος*] Similiter duobus aliis locis, quibus vox legitur, scilicet 15, 1. 2, doctores una cum prophetis commemorantur. Unde simile eos munus ac similem locum in ecclesiis habuisse apparet. Utrisque Christiani erudiendi et aedificandi erant. Cum autem prophetae in spiritu dicerent (11, 7), doctores simplici ac communi sermone utebantur. Ambo 15, 2 honorati Christianorum appellantur. Doctores autem cum semper post prophetas nominentur, ordinem paullo inferiorem his obtinuisse censendi sunt. Instar prophetarum denique doctores non in omnibus ecclesiis fuisse videntur. Ubi autem fuerunt, episcopis et diaconis, ut ex 15, 1—2 liquet, honore saltem praestabant. In S. Scriptura doctores commemorantur una cum apostolis ac prophetis I Cor. 12, 28. 29 et Eph. 4, 11 (ubi inter prophetas et doctores evangelistae ac pastores positi sunt); cum prophetis tantum Act. 13, 1. Paulus I Tim. 2, 7 et II Tim. 1, 11 doctorem gentium se nominat. Hebr. 13, 7 (cf. 17) idem lectores adhortatur, *μνημονεύειν τῶν ἡγουμένων, οἵτινες ἐλάλησαν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*. Gal. 6, 6 *κατηχῶν τὸν λόγον* commemoratur. Iacobus 3, 1 monet: *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, εἰδότες, ὅτι μεῖζον κρίμα ληψόμεθα*. Post sacros quoque scriptores doctorum saepe mentio fit. Cf. Barn. 1, 8; 4, 9. Herm. Vis. III, 5, 1; Mand. IV, 3, 1; Sim. IX, 15, 4; 16, 5; 19, 2; 25, 2. Polyc. Mart. 16, 2 (*διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικός*). Pseudoclem. Hom. XI, 35 (*ἀπόστολον ἢ διδάσκαλον ἢ*

ne piger vobiscum vivat Christianus. 5. Si non vult ita facere, a Christo lucrum quaerit; attendite a talibus.

XIII. Omnis verus propheta, volens considere apud vos, *dignus est cibo suo*. 2. Similiter doctor verus et ipse *dignus* est sicut *operarius cibo suo*. 3. Omnes ergo primitias provenientes e torculari, area et bobus atque ovibus sumes, ac dabis primitias prophetis; ipsi enim sunt summi sacerdotes vestri. 4. Sin autem non habetis prophetam, date pauperibus. 5. Si panem facis, sume primitias et da secundum praeceptum.

*προφήτην φεύγειν κτλ.*); I Virg. 11, 4—10. Clem. Alex. Strom. I, 1, 11 p. 322; VII, 16, 103 p. 896. Orig. Hom. XIII, 4 in Gen. (doctor ecclesiae); Hom. II, 1 in Num. (excelsum sacerdotii gradum vel cathedram doctoris insidere). Dionys. Alex. apud Eus. H. E. VII, 24 (*συνεκάλεσα τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν*). Tert. De praescript. c. 3. 14; Adv. Prax. c. 1. Cypr. Epp. 29; 73, 3. Doctorum celeberrimi fuerunt Clemens et Origenes Alexandrini, qui et catechumenis instituendis praefecti erant. Post hos doctores tanquam ordo in ecclesia specialis paullatim evanuerunt, et munus docendi magis magisve per praepositos ecclesiae ipsos exercebatur.

3. 8. *τὴν ἀπαρχήν* cod: om Br. — De lege V. T., qua Iudaei primitias sacerdotibus dare iubentur, cf. Exod. 22, 29; 23, 19; 34, 26. Num. 18, 12. Deut. 18, 3. 4; 26, 2. Ezech. 44, 30. Nehem 10, 35—37. Hanc legem Doctrina Christianis quoque imponit, tacet autem de decimis, quae Iudaeis praeter primitias solvendae erant. Similiter Irenaeus Adv. haer. IV, 17, 5—18, 4 Christianis primitias offerendas esse Deo ex ipsius creaturis docet — *αὐτοὶ γὰρ κτλ.*] His verbis auctor V. T. respicit. Christiani iubentur primitias dare prophetis, quia hi apud eos locum sacerdotum obtinent, sc. eundem locum, quem apud Iudaeos primitias solventes sacerdotes obtinebant. Similiter auctor Didascaliae vel Constitutionum apostolorum II, 25 (Bunsen, Analecta Antenicaena II, 92. 260), postquam de primitiis et decimis et exceptitiis egit dixitque, eas nunc oblationes esse, quae per episcopos Domino Deo offerrentur, pergit: *οὗτοι (ἐπίσκοποι) γάρ εἰσιν ὑμῶν οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ δὲ ἱερεῖς ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι κτλ.* Non de primitiis quidem, sed de ordine ecclesiastico agens etiam Clemens Rom. I Cor. 40, 5; 41, 2 V. T. respexit et praepositos Christianorum cum sacerdotibus et levitis Iudaeorum comparavit.

4. Prophetae ergo non in omnibus ecclesiis erant.

5. *σιτίαν*] Cf. Num. 15, 20. 21. — *κατὰ τὴν ἐντολήν*] Vox primo de mandato Mosis intellegenda est. Deinde etiam ad praeceptum Domini Matth. 10, 10 referri potest. Cf. Constit. apost. II, 25 init: *τὰ διδόμενα κατ' ἐντολὴν θεοῦ τῶν δεκατῶν καὶ τῶν ἀπαρχῶν ὡς θεοῦ ἄνθρωπος ἀναλισκέτω κτλ.*

ἐντολήν. 6. Ὡσαύτως κεράμιον οἴνου ἢ ἐλαίου ἀνοίξας, τὴν ἀπαρχὴν λαβὼν δὸς τοῖς προφήταις· 7. ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ καὶ παντὸς κτήματος λαβὼν τὴν ἀπαρχὴν ὡς ἄν σοι δόξῃ, δὸς κατὰ τὴν ἐντολήν.

XIV. Κατὰ κυριακὴν δὲ κυρίου συναχθέντες κλάσατε ἄρτον καὶ εὐχαριστήσατε, προεξομολογησάμενοι τὰ παραπτώματα ὑμῶν, ὅπως καθαρὰ ἡ θυσία ὑμῶν ᾖ. 2. Πᾶς δὲ ἔχων τὴν ἀμφιβολίαν μετὰ τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ μὴ συνελθέτω ὑμῖν, ἕως οὗ διαλλαγῶσιν, ἵνα μὴ κοινωθῇ ἡ θυσία ὑμῶν· 3. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ῥηθεῖσα ὑπὸ κυρίου· ***Ἐν παντὶ τόπῳ*** καὶ χρόνῳ ***προσφέρειν μοι θυσίαν καθαράν· ὅτι βασιλεὺς μέγας εἰμί, λέγει κύριος, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.***

XV. Χειροτονήσατε οὖν ἑαυτοῖς ἐπισκόπους καὶ διακόνους

6. Cf. Nehem. 10, 37.

7. *ὡς ἄν σοι δόξῃ*] Haec verba fortasse adduntur, quia in hoc versu primitiae postulantur rerum, quarum in S. Scriptura non fit mentio.

XIV—XV. Postquam auctor in capitibus XI—XIII de apostolis vel praedicatoribus evangelii, de prophetis fratribusque aliis peregre in ecclesiam aliquam advenientibus egit atque exposuit, quomodo Christiani cum illis se habeant, nunc ecclesiam ipsam respicit, primo de liturgia vel sacra congregatione, deinde de eligendis episcopis et diaconis, de fraterna correptione aliisque officiis pauca dicens.

XIV, 1. 6. *προεξομολογησάμενοι* em: *προσεξομ.* cod | 7. *ὑμῶν* em: *ἡμῶν* cod — *κατὰ κυριακὴν κυρίου*] Testimonia antiquissima diei dominicae haec sunt: I Cor. 16, 2; Act. 20, 7; Apoc. 1, 10; Barn. 15, 9. Ign. Magn. 9, 1. Plin. ad Traian. inter Traian. epp. X, 97 (stato die). Christianos die dominica ad liturgiam celebrandam congregari praeter Doctrinam Plinius l. c. et Iustinus Apol. I, 67 primi testantur. — *κλάσατε ἄρτον*] Cf. Act. 2, 46; 20, 7. 11. I Cor. 10, 16. — *προεξομολογησάμενοι*] Christiani ergo in sacra congregatione peccata confiteri debebant. Parum refert, num *προεξομολογησάμενοι* legendum sit an *προσεξομολογησάμενοι* (= postquam etiam peccata vestra confessi estis). Confessionem peccatorum fractioni et sumtioni panis antecessisse consentaneum est atque verba sequentia (*ὅπως καθαρὰ κτλ.*) indicant. De liturgia die dominica celebranda agens auctor praeter exomologesin communionem velut partem principalem distincte nominat. Liturgia autem haud dubie non solum fractionem panis, sed etiam alia continebat, quae commemorare auctori supervacaneum esse videbatur. Iustinus Apol. I, 65. 67 de precibus, lectionibus Scripturae et exhortatione episcopi loquitur. — *καθαρὰ ἡ θυσία*] Cf. Malach. 1, 11. Rom. 12, 1. I Petr. 2, 5. Phil. 2, 17. Hebr. 13, 15.

2. 7. *τήν* cod: coniecerunt *τινά* nonnulli. — *πᾶς κτλ.*] Auctor verba Domini Matth. 5, 23. 24 de munere

6. Similiter si urceum vini vel olei aperis, sume primitias et da prophetis. 7. Argenti et vestimenti omnisque possessionis sume primitias, sicut tibi placet, et da secundum praeceptum.

XIV. Die dominica autem convenientes frangite panem et gratias agite, postquam delicta vestra confessi estis, ut sit mundum sacrificium vestrum. Omnis vero, cui est controversia cum amico suo, ne conveniat vobiscum, donec reconciliati sunt, ne inquinetur sacrificium vestrum. 3. Hoc enim est dictum a Domino: *In omni loco* et tempore *offeratur mihi sacrificium mundum, quoniam rex magnus sum, dicit Dominus, et nomen meum mirabile in gentibus.*

XV. Constituite igitur vobis episcopos et diaconos dignos

offerendo ac fratre reconciliando liberius reddit. — *μὴ κοινωθῇ κτλ.*] Cf. Matth. 15, 11—20. Marc. 7, 15—23. Hebr. 9, 13. Hunc versum allegat Pseudocyprianus De aleat. c. 4, de quo cf. Prolegomena.

3. *ὑπὸ κυρίου*] Animadverte, quod Domino, i. e. secundum locutionem Doctrinae (cf. inscr. 6, 2; 8, 2; 9, 5; 10, 5; 12, 1 etc.) Iesu Christo dictum Veteris Testamenti attribuitur. Auctor igitur Ebionita aegre est habendus. — *ἐν παντὶ κτλ.*] Malach. 1, 11. 14. Verba S. Scripturae sunt: *ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά, . . διότι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομα μου ἐπιφανὲς ἐν τοῖς ἔθνεσι.* Locus velut sacrificium eucharisticum praedicens saepe a patribus allegatur. Cf. Iust. Dial. c. 28. 41. 116. 117. Iren. Adv. haer. IV, 17, 5. 6. Clem. Al. Strom. V, 14, 137 p. 731. Tert. Adv. Iud. c. 5; Adv. Marc. III, 22. Locus etiam in secundo fragmento a Chr. Pfaff sub nomine Irenaei invento legitur, de quo vide Prolegomena.

XV. Episcopi et diaconi eligendi sunt ecclesiarum singularum praepositi ac ministri. Quibus, ut vox *οὖν* capite ineunte indicat, praesertim cura liturgiae administrandae incumbit. Cum enim particula illa hoc caput arctissime cum praecedente coniunctum sit, sequitur, ministris, de quorum electione hic sermo est, praecipue munus capite illo commemoratum administrandum esse, scilicet liturgiam eucharisticam. Doctrina igitur episcopis et diaconis idem munus attribuit, quod Clemens Romanus, qui I Cor. c. 42—44 eorum munus cum munere sacerdotum Veteris Testamenti comparat atque 44, 4 eos dona offerre (*προσενεγκόντας τὰ δῶρα*) distincte dicit. Quae cum ita sint, Harnack (adnot. ad h. l. et Prolegomena p. 140 sqq.) haud dubie erravit, dicens, teste Doctrina episcopis ac diaconis primo res ecclesiarum temporales vel pecuniarias administrandas, secundo verbum divinum praedicandum, episcopos et diaconos ergo ecclesia christiana exordiente nonnisi oeconomos et ministros verbi fuisse. Munus enim

ἀξίους τοῦ κυρίου, ἄνδρας πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους καὶ ἀληθεῖς καὶ δεδοκιμασμένους· ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν λειτουργίαν τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων. 2. Μὴ οὖν ὑπερίδητε αὐτούς· αὐτοὶ γάρ εἰσιν οἱ τετιμημένοι ὑμῶν μετὰ τῶν προφητῶν καὶ διδασκάλων.

3. Ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ, ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ παντὶ ἀστοχοῦντι κατὰ τοῦ ἑτέρου μηδεὶς λαλείτω μηδὲ παρ' ὑμῶν ἀκουέσθω, ἕως οὗ μετανοήσῃ. 4. Τὰς

praecipuum, quod eis incumbebat, praetermittens de aliis muneribus recte sentire non potuit.

1. *χειροτονήσατε*] Cf. Act. 14, 23. II Cor. 8, 19. Ign. Philad. 10, 1; Smyrn. 11, 2; Polyc. 7, 2. Vox hic designat electionem. Tempore posteriore denotat etiam consecrationem electi vel ordinis initiationem. Cf. Constit. apost. VI, 17; VIII, 27. 28. 46. — *ἑαυτοῖς*] i. e. singulis ecclesiis vel parochiis. — *ἐπίσκοποι καὶ διάκονοι*] eodem modo quo hic simul commemorantur Phil. 1, 1 et I Clem. 42, 4. 5. I Tim. 3, 2–13 Paulus virtutes exponit, quibus episcopos ac diaconos praeditos esse oportet. Act. 20, 17—28 et Tit. 1, 5–7 voces *πρεσβύτεροι* et *ἐπίσκοποι* promiscue adhibentur. — *ἀξίους τοῦ κυρίου*] i. e. Deo dignos eo, quod praecepta Dei diligenter servant. Ignatius Eph. 2, 1; 4, 1; Rom. 10, 2 habet *ἄξιος τοῦ θεοῦ* et nonnunquam *ἀξιόθεος*. — *πραεῖς καὶ ἀφιλαργύρους*] Paulus scribit I Tim. 3, 3: *δεῖ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι μὴ πλήκτην, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον*, 3, 8: *διακόνους μὴ αἰσχροκερδεῖς*. Cf. Tit. 1, 7. Polyc. 5, 2. Respiciens 11, 11; 13, 1. 2, ubi auctor voces sequentes (*ἀληθεῖς καὶ δεδοκιμασμένους*) etiam de prophetis ac doctoribus usurpat eosque veraces et probatos esse vult, Harnack has voces conditionem muneris propriam denotare putat, quo ut fungerentur episcopi ac diaconi eligebantur, scilicet ut res ecclesiarum temporales administrarent. Sed iam vidimus, munus episcoporum principale aliud fuisse. Teste Iustino Apol. I, 67 apud episcopum sane collecta deponebatur, qua ipse inopibus omnibus subveniret. Ut autem collecta non pars principalis erat conventus ecclesiastici, ita neque administratio pecuniarum munus erat praecipuum episcopi. Non ergo colligere licet, episcopos et diaconos, quia auctor ut sint mites neque argenti cupidi postulat, primo loco oeconomos fuisse, sed potius dicendum est, auctorem eos tales esse velle, quia praeter liturgiam eis etiam res pecuniariae administrandae erant. — *δεδοκιμασμένους*] Cf. I Tim. 3, 10. I Clem. 42, 4; 44, 2. Non ergo eligendi sunt, qui virtutem sectari modo incipiebant vel neophyti (I Tim. 3, 6), sed viri spectati. — *ὑμῖν γὰρ λειτουργοῦσι κτλ.*] Auctor rationem profert, ob quam viri spectati ministri ecclesiarum eligendi sunt, atque episcopos et diaconos cum prophetis et doctoribus comparans aliud munus illis incumbens commemorat, munus docendi atque aedificandi ecclesiam, quod per hos praecipue

Domino, viros mansuetos et argenti non cupidos et veraces et probatos; vobis enim ministrant et ipsi ministerium prophetarum et doctorum. 2. Ne igitur contemnatis eos; ipsi enim sunt honorati inter vos una cum prophetis et doctoribus.

3. Arguite autem vos invicem, non in ira, sed in aequanimitate, sicut habetis in Evangelio; et si quis adversus alium deliquerit, nemo loquatur cum eo, neque apud vos audiatur, donec paenitentiam egerit. 4. Orationes vestras et eleemosynas

exercebatur. — *λειτουργίαν*] Clemens Romanus hanc vocem cum ad munus presbyterorum vel episcoporum ac diaconorum denotandum (I Cor. 44, 2. 3. 6), tum ad ministerium cuiusque fidelis designandum (ib. 41, 1), tum ad officia sacerdotum Veteris Testamenti appellanda (ib. 40, 2. 5) vel sensu latiore (ib. 9, 4; 20, 10) usurpat. Similiter vox in Novo Testamento diverso sensu adhibetur. Modo denotat universe obsequium vel adiutorium (II Cor. 9, 12. Philipp. 2, 25. 30), modo ministerium Dei vel Christi (Rom. 13, 6; 15, 16), modo officium sacerdotis (Luc. 1, 23) etc. Quid hic denotet, voces sequentes indicant.

2. *μὴ οὖν ὑπηρίδητε κτλ.*] Respiciens c. 13 tibi persuaseris supplendum esse: in victu praebendo. Particula autem versus altera illi interpretationi minus favere videtur. Christiani monentur, ne episcopos et diaconos contemnant, quia tum temporis in pluribus saltem ecclesiis viri erant, qui pluris aestimabantur, quippe qui essent charismatibus praediti ac doctrina et eloquentia conspicui, prophetae ac doctores. Minime autem verisimile est, auctorem haec scripsisse timentem, ne episcopi tanquam oeconomi meri despicerentur. Quod ne fieret non erat timendum, quia eorum munus ante omnia ad cultum divinum administrandum spectabat, neque vero ad res temporales procurandas. — *οἱ τετιμημένοι ὑμῶν*] Verba non satis perspicua sunt, cum auctor non distincte dixerit, a quo episcopi honorentur. Suppleri potest: a vobis (Christianis) vel: a Deo. Sensus est ergo: viri honorandi a vobis vel inter vos, aut: viri a Deo honorati inter vos. Illa interpretatio praeferenda esse videtur. Verbum *τετιμημένοι* hic locum vocis substantivae tenet. Cf. I Tim. 5, 17, ubi apostolus scribit, presbyteros, qui bene praesunt, duplici honore dignos haberi, maxime qui laborant in verbo et doctrina, et I Clem. 44, 6, ubi *λειτουργίας αὐτοῖς* (*πρεσβυτέροις*) *τετιμημένης* mentio fit.

3. 8. *ἀκουέσθω* em : *ἀκουέτω* cod — *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*] Auctor Matth. 5, 22–26; 18, 15—35 et locos similes respexisse videtur. Cf. Sirach 10, 6. II Tim. 4, 2. Polyc. 6, 1. — *ἀστοχοῦντι*] Cf. I Tim. 1, 6; 6, 21; II Tim. 2, 18. Ut sensum loci recte intellegas neque auctorem severitatis nimiae accuses, verba praecedentia tibi non sunt neglegenda. Auctor ergo non vult, ut frater in fratrem delinquens confestim vitetur, sed potius primo arguatur. Itaque mandato Domini

δὲ εὐχὰς ὑμῶν *καὶ* τὰς ἐλεημοσύνας *καὶ* πάσας τὰς πράξεις οὕτω ποιήσατε, ὡς ἔχετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

XVI. ***Γρηγορεῖτε*** ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν· ***οἱ λύχνοι ὑμῶν*** μὴ σβεσθήτωσαν, ***καὶ αἱ ὀσφύες*** ὑμῶν μὴ ἐκλυέσθωσαν, ἀλλὰ ***γίνεσθε ἕτοιμοι· οὐ*** γὰρ ***οἴδατε τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ὁ κύριος ἡμῶν ἔρχεται.*** 2. Πυκνῶς δὲ συναχθήσεσθε ζητοῦντες τὰ ἀνήκοντα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· οὐ γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς ὁ πᾶς χρόνος τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐὰν μὴ ἐν τῷ ἐσχάτῳ καιρῷ τελειωθῆτε. 3. Ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ φθορεῖς, καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους, καὶ ἡ ἀγάπη στραφήσεται εἰς μῖσος· 4. αὐξανούσης γὰρ τῆς ἀνομίας μισήσουσιν ἀλλήλους καὶ διώξουσι καὶ παραδώσουσι, καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλάνος ὡς υἱὸς θεοῦ καὶ ποιήσει ***σημεῖα καὶ τέρατα,*** καὶ ἡ γῆ παραδοθήσεται εἰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ποιήσει ἀθέμιτα, ἃ οὐδέποτε γέγονεν ἐξ αἰῶνος. 5. Τότε ἥξει ἡ κτίσις τῶν ἀνθρώπων εἰς τὴν πύρωσιν τῆς δοκιμασίας, ***καὶ σκανδαλισθήσονται πολλοὶ*** καὶ ἀπολοῦνται, ***οἱ δὲ ὑπομείναντες*** ἐν τῇ πίστει αὐτῶν ***σωθήσονται*** ἀπ' αὐτοῦ τοῦ

Matth. 18, 15—17 non contradicit, sed potius hunc locum respicere videtur. — *ἀκουέσθω*] Lectio codicis vix perferenda est, cum ea servata pars posterior sententiae idem dicat quod prior.

4. *ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*] sc. Matth. 6, ubi Dominus et de oratione et de eleemosyna agit. Cf. Col. 3, 17.

XVI. Auctor scripturam concludit, lectores adhortans, ut parati sint, quia finis prope ac Dominus brevi venturus sit. Summa capitis ex Evangelio secundum Matthaeum 24 hausta est.

1. *γρηγορεῖτε .. γίνεσθε κτλ.*] Matth. 24, 42. 44; 25, 13. Omnia fere verba ex S. Scriptura deprompta sunt. Evangelista scripsit v. 42: *γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται*, v. 44: *γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ οὐ δοκεῖτε ὥρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται*, 25, 13: *γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν*. Cf. Apoc. 3, 3. — *οἱ λύχνοι κτλ.*] Luc. 12, 35: *ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι*. Matthaeus 25, 1 sqq. voce *λαμπάδες* utitur. Auctor hic non solum similiter ac supra 1, 2; 4, 12. 13 locum S. Scripturae negative expressum reddidit, sed etiam similiter ac 1, 4 verba Evangeliorum Matthaei et Lucae inter se miscuit. Notandum est quoque, Tatianum eadem Lucae verba post parabolam decem virginum et servi pigri vel Matth. 25 posuisse. Cf. Zahn, *Forschungen* I, 200. — *ὀσφύες*] Cf. Eph. 6, 14. I Petr. 1, 13. — *ἐκλυέσθωσαν*] Cf. Matth. 15, 32. Marc. 8, 3. Gal. 6, 9. Hebr. 12, 3. 5. Prov. 3, 11.

2. *πυκνῶς δὲ συναχθήσεσθε*] Verba etiam explicari possunt: crebri congregamini, similiter atque Ign. Eph. 13, 1; 20, 2. Hoc loco autem potius

omnesque actiones ita facite, sicut habetis in Evangelio Domini nostri.

XVI. *Vigilate* pro vita vestra; *lucernae vestrae* ne deleantur, *neque lumbi vestri* solvantur, sed *parati estote; ignoratis* enim *horam*, *in qua Dominus noster veniet*. 2. Crebro autem convenietis, quaerentes, quae spectant ad animas vestras; nihil enim proderit vobis omne tempus fidei vestrae, nisi in tempore novissimo perfecti fueritis. 3. Namque in diebus novissimis multiplicabuntur falsi prophetae et corruptores, et convertentur oves in lupos, et caritas convertetur in odium. 4. Cum enim aucta fuerit iniquitas, odio se invicem habebunt et persequentur et prodent; ac tum apparebit orbis deceptor tanquam filius Dei et faciet *signa et prodigia*, et terra tradetur in manus eius, et faciet iniqua, quae nunquam facta sunt a saeculis. 5. Tum veniet creatura hominum in ignem probationis, *et scandalizabuntur multi* atque peribunt; *qui vero perseveraverint* in fide sua, *sal-*

vertendum est: crebro convenite. Cf. Ign. Polyc. 4, 2. II Clem. 17, 3. — *ζητοῦντες κτλ.*] Similia leguntur Barn. 4, 1. 10; 17, 1. — *οὐ γὰρ ὠφελήσει κτλ.*] Barnabas 4, 9 eadem fere verba exhibet. Cf. Prolegomena.

3. *ἐσχάταις ἡμέραις*] Cf. II Petr. 3, 2 sq. Iud. 17 sq. — *πληθυνθήσονται οἱ ψ.*] Cf. Matth. 24, 11. 12. 24. — *στραφήσονται κτλ.*] Sententiam exhibet Matthaeus 24, 10 his verbis: *καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοί, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσιν καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους.* Vix dubium est, auctorem hunc locum mutasse ante oculos habentem Matth. 7, 15, ubi Dominus pseudoprophetas vestimentis ovium indutos, intrinsecus autem lupos rapaces esse dicit.

4. *αὐξανούσης κτλ.*] Cf. Matth. 24, 12: *διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.* — *κοσμοπλάνος*] Cf. Apoc. 12, 9: *ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην.* II Ioann. 7: *ὁ πλάνος καὶ ἀντίχριστος.* — *ὡς υἱὸς θεοῦ*] Cf. II Thess. 2, 4. Hoc modo de Antichristo loquens auctor se Christum filium Dei putasse prodit. — *καὶ ποιήσει κτλ.*] Matth. 24, 24: *καὶ δώσουσιν σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατόν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.* Marcus 13, 22 quidem aeque ac Doctrina vocem *μεγάλα* omisit. Qua ex re autem non est colligendum, auctorem hoc loco secundum Evangelium respexisse, cuius nusquam notitiam certam prodit. Cf. II Thess. 2, 9. Apoc. 13, 2. 13. — *γῆ παραδοθήσεται*] Cf. Apoc. 13, 7. — *ἀθέμιτα*] II Thess. 2, 4 legimus, Antichristum extolli supra Deum et in templo Dei sedere. — *ἃ οὐδέποτε κτλ.*] Cf. Matth. 24, 21: *θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν.*

5. 15. *κτίσις* cod : *κρίσις* Hilgf. | 17. *ἀπ'* em Hilgf. Zahn: *ὑπ'* cod — *πύρωσιν τῆς δοκ.*] Cf. Zach. 13, 8. 9.

καταθέματος. 6. *Καὶ τότε φανήσεται τὰ σημεῖα* τῆς ἀληθείας· πρῶτον σημεῖον ἐκπετάσεως ἐν οὐρανῷ, εἶτα σημεῖον *φωνῆς σάλπιγγος, καὶ* τὸ τρίτον ἀνάστασις νεκρῶν· 7. οὐ πάντων δέ, ἀλλ' ὡς ἐρρέθη· *Ἥξει ὁ κύριος καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ.* 8. *Τότε ὄψεται* ὁ κόσμος τὸν κύριον *ἐρχόμενον ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.*

I Petr. 4, 12: *μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γενομένῃ.* Iustinus Apol. II, 7 *τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως* et *τὴν ἐκπύρωσιν* commemorat. — *καὶ σκ. πολλοί*] Matth. 24, 10. — *οἱ δὲ ὑπομ. σωθήσονται*] Matth. 10, 22; 24, 13: *ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.* Cf. Didasc. apost. VI, 17 (Bunsen, Analecta Antenic. II, 330). — *ἀπ' αὐτοῦ τοῦ καταθέματος*] Si lectio codicis servatur et praepositio *ὑπό* vertitur: a vel per, non sub, vox *κατάθεμα*, quae idem significat ac *κατανάθεμα* vel *ἀνάθεμα* (cf. Zach. 14, 11 et Apoc. 22, 3) ad Christum referenda est. Bryennius ad h. l. putat, Christum fortasse illo nomine appellari, quia eum anathematizaturi sint, qui in eo scandalizati fuerint, vel quia ipse fundamentum fidei nostrae sit, et Harnack illam interpretationem comprobat respiciens I Cor. 12, 3 (*ἀνάθεμα Ἰησοῦς*); Plin. ep. ad Traianum (maledicere Christo); Mart. Polyc. 9, 3 (*λοιδόρησον τὸν Χριστόν*); Apoc. 1, 7; 19, 13; Barn. 7, 9 et II Clem. 17, 5, ubi de reditu Christi sermo est. *Κατάθεμα* igitur non tam maledictio vel maledictum quam maledictus esset, et Christus maledictus appellaretur secundum sensum eorum, qui in eo scandalizati sunt. Interpretatio autem durissima est, et Bryennius eam non solum haesitans proposuit, textus emendationem addens, quae vero non magis laudanda est, scilicet: *ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κάτω θέματος = ἐπὶ τῆς γῆς*, sed postea eam deseruit, locum aliter explicare textans. Respiciens enim Pseudoiustini Quaest. et Respons. ad Orthodoxos 121, ubi vox *κατάθεμα* voci *ἀνάθεμα* opposita ita definitur: *κατάθεμα δέ ἐστι τὸ συνθέσθαι τοῖς ἀναθεματίζουσιν*, nunc (cf. Harnack ad h. l.) interpretatur: *κατάθεμα λέγει τὸ συνθέσθαι τοῖς σκανδαλισθησομένοις καὶ ἀπολουμένοις, ἢ τὸν κοσμοπλάνον, ἢ τὴν θείαν καθόλου ἀράν, ἐξ ὧν ἐλευθερήσονται τότε οἱ πιστοὶ ὁλοτελῶς εἰς τὸν αἰῶνα.* Mihi *ἀπ'* pro *ὑπ'* ponendum et *κατάθεμα* aut de Antichristo aut de maledicto intellegendum esse videtur, quod ab Antichristo proficiscitur.

6. *καὶ τότε κτλ.*] Matth. 24, 30: *καὶ τότε φανήσεται τοῦ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ.* — *σημεῖα τ. ἀληθείας*] i. e. signa Christi ipsius, qui Ioann. 14, 6 se veritatem nominat, vel potius signa, quae probant ea vera esse, quae Christus de adventu suo secundo dixit. Tria signa Matth. 24, 30. 31 discerni possunt. Evangelista autem *τὸ σημεῖον* dicit. Tria signa etiam Orac. Sibyll. II, 188, sq. commemorantur, sed aliter definiuntur ac in Doctrina. — *ἐκπετάσεως*] Vox haud dubie a verbo *ἐκπετάννυμι* derivanda est ac denotat: explicatio, expansio, ita ut sensus

*vabuntur* ex maledicto ipso. 6. *Tuncque apparebunt signa* veritatis; primum signum caeli aperti, deinde *signum tubae*, et tertium resurrectio mortuorum, 7. neque vero omnium, sed sicut dictum est: *Veniet Dominus et omnes sancti cum eo.* 8. *Tunc videbit* mundus Dominum *venientem supra nubes caeli.*

sit: quando caelum Christo adveniente aperietur. Alii, inter quos est Bryennius, vocem a verbo *ἐκπέτομαι* vel *ἐκπέταμαι* (= avolo) derivantes et respicientes I Thess. 4, 17 locum de sanctis superstitibus interpretati sunt, qui Domino adveniente una cum eis qui resurrexerunt rapientur in nubibus obviam Christo in aëra. Alii pro *ἐκπετάσεως* legi volunt *ἐπιφάσεως* (= *ἐπιφανείας*) vel (respicientes Matth. 24, 29: *οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*, Marc. 13, 25) *ἐκπτώσεως*. — *φωνῆς σαλπ.*] Matth. 24, 31. Cf. I Cor. 15, 52. I Thess. 4, 16. — *ἀνάστασις νεκρῶν*] Matthaeus 24, 31 de electis Christi congregandis loquitur; de resurrectione mortuorum autem Paulus I Cor. 15, 52 (*καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται*) et I Thess. 4, 16 (*καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται*) dixit. Auctor igitur loco ex Evangelio Matthaei deprompto, ut supra 1, 4 et 16, 1 verba Lucae, ita hic verba Pauli admiscuisse videtur.

7. *οὐ πάντων*] Matthaeus 24, 31 dicit, electos Christi congregari; Paulus scribit, eos vivificari, qui sunt Christi (I Cor. 15, 22—23) vel mortuos resurgere, qui sunt in Christo (I Thess. 4, 16). Cf. Apoc. 20, 4—6. — *ἥξει κτλ.*] Zach. 14, 5.

8. *τότε ὄψεται κτλ.*] Matth. 24, 30; 26, 64. Evangelista utroque loco de filio hominis loquitur. Si auctor esset Ebionita, verbis S. Scripturae *τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* vix vocem *τὸν κύριον* substituisset. Matthaeus haec verba 24, 30 protinus exhibet, postquam de signo filii hominis in caelo locutus est. Inde, quod auctor Doctrinae ea nunc demum posuit, non est colligendum, eum adventum vel manifestationem Christi post resurrectionem mortuorum ponere. Adventum Domini potius iam primum signum indicat. Hoc autem loco auctor finem faciens addit, mundum Dominum venientem esse visurum.

# ΚΑΝΟΝΕΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

---

Χαίρετε, υἱοὶ καὶ θυγατέρες, ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἰωάννης καὶ Ματθαῖος καὶ Πέτρος καὶ Ἀνδρέας καὶ Φίλιππος καὶ Σίμων καὶ Ἰάκωβος καὶ Ναθαναὴλ καὶ Θωμᾶς καὶ Κηφᾶς καὶ Βαρθολομαῖος καὶ Ἰούδας Ἰακώβου.

I. Κατὰ κέλευσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος συναθροισθέντων ἡμῶν, καθὼς διέταξε πρὸ τοῦ· Μέλλετε κληροῦσθαι τὰς ἐπαρχίας, καταλογίσασθαι τόπων ἀριθμούς, ἐπισκόπων ἀξίας, πρεσβυτέρων ἕδρας, διακόνων παρεδρείας, ἀναγνωστῶν νουνεχίας, χηρῶν ἀνεγκλησίας καὶ ὅσα δέοι πρὸς θεμελίωσιν ἐκκλησίας, ἵνα τύπον τῶν ἐπουρανίων εἰδότες φυλάσσωνται ἀπὸ παντὸς ἀστοχήματος, εἰδότες, ὅτι λόγον ὑφέξουσιν ἐν τῇ μεγάλῃ

Tit. cum V, qui praemisit *αἱ διαταγαὶ αἱ διὰ Κλήμεντος καί: Ἐπιτομὴ ὅρων τῶν ἁγίων ἀποστόλων καθολικῆς παραδόσεως* O, *Ἐκ τῶν διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων* M, Isti sunt canones patrum apostolorum quos constituerunt ad ordinandam ecclesiam christianam A, Hi sunt canones patrum nostrorum sanctorum apostolorum Domini nostri Iesu Christi quos instituerunt in ecclesia C, Doctrina apostolorum qua verba illa continentur quae singuli apostoli locuti sunt S.

Inscriptionem et capita I—III omiserunt O M, inscript. et c. I—II S. — *χαίρετε — κυρίου*] Haec verba e Barnabae epistula 1, 1 desumpta sunt. — *Ἰωάννης κτλ.*] Quomodo hic catalogus apostolorum explicandus est, in quo Iacobus alter et Iudas Iscariotes desunt, praeter Petrum et Bartholomaeum autem Cephas et Nathanael enumerantur? Vix auctor catalogis S. Scripturae (Matth. 10, 2—4. Luc. 6, 14—16. Act. 1, 13) alium substituere voluit; sed verisimile est, eum catalogum ad tempus retulisse, quo nonnulli apostolorum a Domino electorum iam mortui erant. Si res ita se habet, Iacobus, quem omisit, est filius Zebedaei vel Iacobus maior, qui ab Herode Agrippa occisus est (Act. 12, 2). Nathanael autem facile in catalogo recipi potuit, quia a Ioanne 1, 45—49; 21, 2

# CANONES ECCLESIASTICI SANCTORUM APOSTOLORUM.

Avete, filii et filiae, in nomine Domini Iesu Christi. Ioannes et Matthaeus et Petrus et Andreas et Philippus et Simon et Iacobus et Nathanael et Thomas et Cephas et Bartholomaeus et Iudas Iacobi.

I. Cum iubente Domino nostro Iesu Christo salvatore convenissemus, sicut antea praecepit: Sorte dividetis provincias, recensebitis locorum numeros, episcoporum dignitates, presbyterorum sedes, diaconorum assessiones, lectorum prudentias, viduarum innocentias et omnia, quae ad fundandam ecclesiam opus sunt, ut formae rerum caelestium gnari caveant ab omni delicto, scientes, in magna iudicii die rationem se esse redituros

inter apostolos commemoratur, neque auctor perspexit, eum verisimiliter eundem esse cum Bartholomaeo. Cephas denique apostolis adnumeratus esse videtur, quia hoc nomen uni ex septuaginta discipulis fuisse traditur (Clem. Al. Hypotyp. apud Eus. H. E. I, 12. Chronic. pasch. ed. Bonn, I, 400). Cf. Zahn, *Forschungen* III, 68 sq. Pitra putavit, hunc apostolorum indicem posteriorem quemdam respicientem ea, quae infra leguntur, libello praefixisse; sed falsus est; plures enim apostoli hic commemorati nihil loquuntur. Harnack ex contrario contendit, auctorem catalogum non ipsum confecisse, sed scripto vel ore traditum invenisse. Equidem non perspicio, cur catalogus auctori non sit adiudicandus.

I. 8. *καθὼς δ. πρὸ τοῦ*: praecepit nobis et dixit A, praecepit nobis dicens C, coniecit Harnack *προλέγων* vel *πρότερον*. | 9. *ἐπαρχείας* V — *κληροῦσθαι τ. ἐπαρχίας κ. τ. ἁ.*] De his rebus infra nihil dicitur. Auctor c. 15 partem libelli secundam incipiens statim c. 16 de ordinatione episcopi agit. Similiter 4, 2 de duabus viis loquitur, postea autem unam tantum viam describit. — *καὶ ἐκέλευσεν*] cum *καθὼς διέταξε* coniungendum est. Auctor itaque in hoc capite duas libelli partes indicat: verbis *διέταξε κτλ.* partem secundam, in qua de ordinatione et offi-

ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως περὶ ὧν ἀκούσαντες οὐκ ἐφύλαξαν, καὶ ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἐκπέμψασθαι τοὺς λόγους εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην·

II. ἔδοξεν οὖν ἡμῖν πρὸς ὑπόμνησιν τῆς ἀδελφότητος καὶ νουθεσίαν ἑκάστῳ ὡς ὁ κύριος ἀπεκάλυψε κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ διὰ πνεύματος ἁγίου μνησθεῖσι λόγου ἐντείλασθαι ὑμῖν.

III. Ἰωάννης εἶπεν· Ἄνδρες ἀδελφοί, εἰδότες, ὅτι λόγον ὑφέξομεν περὶ τῶν διατεταγμένων ἡμῖν, εἰς ἑνὸς πρόσωπον μὴ λαμβάνωμεν, ἀλλ' ἐάν τις δοκῇ τι ἀσύμφορον λέγειν, ἀντιλεγέσθω αὐτῷ. Ἔδοξε δὲ πᾶσι πρῶτον Ἰωάννην εἰπεῖν.

IV. Ἰωάννης εἶπεν· Ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν. 2. Ἡ μὲν γὰρ ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· πρῶτον, ἀγαπήσεις τὸν θεὸν τὸν ποιήσαντά σε ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ δοξάσεις τὸν λυτρωσάμενόν σε ἐκ θανάτου, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη· δεύτερον, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ δευτέρα· ἐν οἷς ὅλος ὁ νόμος κρέμαται καὶ οἱ προφῆται.

V. Ματθαῖος εἶπεν· Πάντα ὅσα ἂν μὴ θέλῃς σοὶ γενέσθαι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ποιήσεις. Τούτων δὲ τῶν λόγων τὴν διδαχὴν εἰπέ, ἀδελφὲ Πέτρε.

VI. Πέτρος εἶπεν· Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ πορνεύσεις, οὐ παιδοφθορήσεις, οὐ κλέψεις, οὐ μαγεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις, οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ οὐδὲ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον. 2. Οὐκ ἐπιορκήσεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐ κακολογήσεις οὐδὲ μνησικακήσεις, οὐκ ἔσῃ δίγνωμος οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Οὐκ ἔσται ὁ λόγος σου κενὸς οὐδὲ ψευδής. 3. Οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης οὐδὲ ἅρπαξ

ciis clericorum ac de officiis viduarum et laicorum agitur, verbis *ἐκέλευσεν κτλ.* partem priorem, in qua praecepta moralia exponuntur.

II. 4 sq. *νουθεσίας . . μνησθεὶς* V — *ἔδοξεν οὖν ἡμῖν*] scilicet iubente Domino congregatis, ut auctor c. 1 dixit.

III. 6. *Ἰωάννης εἶπεν:* haec verba et similia sequentia (*Ματθαῖος εἶπεν* etc.) in V sola in linea exstant. | 7. *εἰς* em : *εἰς* V | 8. *τι ἀσύμφορον λέγειν* c. versionibus: *συμφέρον ἀντιλέγειν* V.

IV, 1. 11. *διαφορὰ — ὁδῶν* c. V D: *καὶ διαφ. πολλὴ τῶν δύο* O, om M. | 2. 11. *ἡ μὲν γὰρ* c. V: *ἡ μὲν οὖν* D, *ἡ οὖν* O, *καὶ ἡ μὲν* M | 13 sq. *καὶ δοξάσεις — πρώτη* c. V M (hic post *δοξάσεις* inseruit *αὐτόν*) : om O | 14. *δεύτερον* c. O D : *δευτέρα* V, *δευτέρα δὲ ἐντολή ἐστι* M, qui infra omisit *ἥτις ἐστὶν ἐντ. δ.* — *ἡ μὲν γάρ*] Cum O et D simul *οὖν* exhibeant, haec vox fortasse praeferenda est. Nolo autem a V discedere. Sin auctor initio cepisset consilium viae mortis praetermittendae, eum ex hac ratione vocem *γάρ* posuisse liceret conicere. — *ἐξ ὅλης τ. καρδίας κτλ.*] Quae hic Doctrinae apostolorum adduntur, partim ex Matth. 22, 37. 40,

de eis, quae audierunt neque servaverunt, et iussit nos sermones emittere in universam terram:

II. visum igitur est nobis in commendationem fraternitatis et hortationem, prout singulis Dominus revelavit iuxta voluntatem Dei per spiritum sanctum, vobis, qui verbi memores estis, mandare.

III. Ioannes dixit: Viri fratres, cum noveritis nos rationem reddituros esse de praeceptis nobis datis, ne respiciamus alter alterius personam, sed si quis videtur inutile quid dicere, contradicatur ei. Visum est autem omnibus, quod Ioannes primus loquatur.

IV. Ioannes dixit: Viae duae sunt, una vitae et altera mortis; discrimen vero magnum inter duas vitas; via enim vitae haec est: primum, amabis Deum, qui te fecit, ex toto corde tuo, et glorificabis eum, qui te redemit a morte, quod est mandatum primum. Alterum, diliges proximum tuum sicut te ipsum, quod est mandatum secundum, in quibus universa lex pendet et prophetae.

V. Matthaeus dixit: Omnia quaecunque non vis tibi fieri, nec tu alteri facies. Horum autem verborum doctrinam edissere, frater Petre.

VI. Petrus dixit: Non occides, non adulterium facies, non fornicaberis, pueros non corrumpes, non furaberis, non incantabis, venenum non miscebis, non interficies foetum in abortione neque interimes infantem natum, non concupisces quae sunt proximi tui. 2. Non periurabis, non falsum testimonium dabis, non malidices, iniuriae acceptae non recordaberis; non eris duplicis sententiae nec bilinguis; laqueus enim mortis est lingua duplex. Neque sermo tuus erit inanis neque mendax. 3. Non eris avarus neque rapax neque hypocrita neque malignus neque

partim (*καὶ δοξάσεις — θανάτου*) ex epistula Barnabae 19, 2 deprompta sunt.

V. 16. *ἄν* c. M cf. D : om V O | *γενέσθαι* c. V O : *γίνεσθαι* M D | *μηδὲ σὺ* c. O M : *σὺ μηδὲ* V | 17. *ποιήσεις* c. V O : *ποιήσῃς* M, add *τουτέστιν ὃ σὺ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς* O S cf. Tob. 4, 16.

VI, 1. 18 sq. *οὐ παιδοφθορήσεις — μαγεύσεις* c. M (*μαντεύσῃ* pro *μαγεύσεις*) coll O D A : om V | 20 sq. *οὐκ ἐπιθυμήσεις — ἐπιορκήσεις* (v. 2) c. M O A C S : om V

οὐδὲ ὑποκριτὴς οὐδὲ κακοήθης οὐδὲ ὑπερήφανος, οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλησίον σου. 4. Οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ οὓς μὲν ἐλέγξεις, οὓς δὲ ἐλεήσεις, περὶ ὧν δὲ προσεύξῃ, οὓς δὲ ἀγαπήσεις ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου.

VII. Ἀνδρέας εἶπεν· Τέκνον μου, φεῦγε ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτοῦ. Μὴ γίνου ὀργίλος· ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ὀργὴ πρὸς τὸν φόνον· ἔστι γὰρ δαιμόνιον ἀρρενικὸν ὁ θυμός. Μὴ γίνου ζηλωτὴς μηδὲ ἐριστικὸς μηδὲ θυμαντικός· ἐκ γὰρ τούτων φόνος γεννᾶται.

VIII. Φίλιππος εἶπεν· Τέκνον μου, μὴ γίνου ἐπιθυμητής· ὁδηγεῖ γὰρ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὴν πορνείαν καὶ ἕλκει τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἑαυτήν· ἔστι γὰρ θηλυκὸν δαιμόνιον ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὃ μὲν μετ᾽ ὀργῆς, ὃ δὲ μεθ᾽ ἡδονῆς ἀπόλλυσι τοὺς εἰσδεχομένους αὐτά. 2. Ὁδὸς δὲ πονηροῦ πνεύματος ἁμαρτία ψυχῆς· καὶ ὅταν βραχεῖαν εἴσδυσιν σχῇ ἐν αὐτῷ, πλατύνει αὐτὴν καὶ ἄγει ἐπὶ πάντα τὰ κακὰ τὴν ψυχὴν ἐκείνην καὶ οὐκ ἐᾷ διαβλέψαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἰδεῖν τὴν ἀλήθειαν. 3. Ὁ θυμὸς ὑμῶν μέτρον ἐχέτω, καὶ ἐν βραχεῖ διαστήματι αὐτὸν ἡνιοχεῖτε καὶ ἀνακρούετε, ἵνα μὴ ἐμβάλλῃ ὑμᾶς εἰς ἔργον πονηρόν· θυμὸς γὰρ καὶ ἡδονὴ πονηρὰ ἐπὶ πολὺ παραμένοντα κατὰ ἐπίτασιν δαιμόνια γίνεται, καὶ ὅταν ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς ὁ ἄνθρωπος, οἰδαίνουσιν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ καὶ γίνονται μείζονες, καὶ ἀπάγουσιν αὐτὸν εἰς ἔργα ἄδικα καὶ ἐπιγελῶσιν αὐτῷ, καὶ ἥδονται ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν ἀνθρώπων.

IX. Σίμων εἶπεν· Τέκνον, μὴ γίνου αἰσχρολόγος μηδὲ ὑψηλόφθαλμος· ἐκ γὰρ τούτων μοιχεῖαι γίνονται.

X. Ἰάκωβος εἶπεν· Τέκνον μου, μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν, μηδὲ ἐπαοιδὸς μηδὲ μαθηματικὸς μηδὲ περικαθαίρων, μηδὲ θέλε αὐτὰ ἰδεῖν μηδὲ ἀκούειν· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων εἰδωλολατρεῖαι γεννῶνται.

XI. Ναθαναὴλ εἶπεν· Τέκνον, μὴ γίνου ψεύστης, ἐπειδὴ ὁδηγεῖ τὸ ψεῦσμα ἐπὶ τὴν κλοπήν, μηδὲ φιλάργυρος μηδὲ κενόδοξος· ἐκ γὰρ τούτων

3. 1. *κακοήθης* etiam in V | *οὐ* c. M (*οὐ λάβῃς*) D C S : *οὐδὲ* V O A 4. *οὓς δὲ ἐλεήσεις*] Cf. adnot. ad Doctr. 2, 7. Respiciens 20, 3 etiam magis dubitaverim, num haec verba auctori Doctrinae adiudicanda sint.

VII. 5. *τὸν* c. M D : om VO | 7. *θυμαντικὸς* c. V : *μανικὸς* O, *θυμώδης* M, *θυμικὸς* D

VIII, 1. 8 sq. *Φίλιππος — πορνείαν:* hanc sententiam solam O ex hoc capite descripsit eamque decurtavit, verba *τέκνον μου* et *ἡ ἐπιθυμία* omittens | 8. *μου* c. M A C : om V | 9 sq. *ἑαυτὴν* c. V M : C suadere videtur ut emendemus *αὐτήν* | 10 sq. *ἔστι γὰρ — ὃ δὲ* c. V : *καὶ* M | *ἡ ἐπιθυμία* c. S coll A C : *τῆς ἐπιθυμίας* V | 11. *εἰσ-*

superbus, non capies malum consilium adversus proximum tuum. 4. Non odio habebis ullum hominem, sed alios argues, aliorum misereberis, pro aliis orabis, alios amabis plus quam animam tuam.

VII. Andreas dixit: Fili mi, fuge omne malum et omne, quod simile est ei. Ne fias iracundus; ducit enim iracundia ad caedem; est enim daemonium masculum animus iratus. Ne sis aemulator neque contentiosus neque promptus ad succensendum; ex his enim homicidium oritur.

VIII. Philippus dixit: Fili mi, ne fias concupiscens; ducit enim concupiscentia ad fornicationem trahitque homines ad se. Est enim daemonium femininum concupiscentia, et sive per iram sive per voluptatem perdit eos, qui illas in se recipiunt. 2. Via autem pravi spiritus peccatum animae est, et si ingressum parvum in ea habet, amplificat eum et ducit ad omnia mala animam illam neque hominem sinit perspicere et videre veritatem. 3. Motus animi vestri modum habeat, et brevi intervallo eum refrenate ac coercete, ne iniciat vos in opus pravum. Animi enim impetus et voluptas mala, si diu permanent, crescendo daemonia fiunt, et si homo eis indulserit, tumefiunt in eius anima et invalescunt et abducunt eum ad opera iniusta eique irrident et laetantur interitu hominum.

IX. Simon dixit: Fili, ne verbis turpibus utaris neque oculum extollas; ex his enim adulteria fiunt.

X. Iacobus dixit: Fili mi, ne fias auspex, quoniam id ducit ad idololatriam, neque incantator neque mathematicus neque magus, neque ea velis videre neque audire; ex his enim omnibus idololatriae gignuntur.

XI. Nathanael dixit: Fili, noli fieri mendax, quoniam mendacium ducit ad furtum, neque argenti neque inanis gloriae

δεχομένους αὐτὰ c. V coll A C : εἰσερχομένους εἰς αὐτὴν M, εἰς οὓς εἰσέρχεται S

3. 15 sqq. ὁ θυμὸς — ἔργα ἄδικα om M | 18. ἐπιτρέψῃ c. S : ἐπιστρέψῃ V | 20 sq. καὶ ἐπιγελῶσιν — ἀνθρώπων c. V : ἐπιγελᾷ δὲ τὸ πονηρὸν πνεῦμα τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ καὶ εὐφραίνεται ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ αὐτοῦ M | 21. τῶν ἀνθρώπων c. V : τοῦ ἀνθρώπου A S C

IX. 23. μοιχεῖαι γίνονται c. V O C: γεννᾶται μοιχεία M cf. AD (γεννῶνται).

X. 24. μου c. M A C : om V O (hic etiam τέκνον) | 25. πρὸς c. V O : εἰς M D | 26. αὐτὰ c. M O : αὐτὰς V

XI. M totum caput omisit.

ἁπάντων κλοπαὶ γεννῶνται. 2. Τέκνον, μὴ γίνου γόγγυσος, ἐπειδὴ ἄγει πρὸς τὴν βλασφημίαν, μηδὲ αὐθάδης μηδὲ πονηρόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων βλασφημίαι γεννῶνται. 3. Ἴσθι δὲ πραΰς, ἐπειδὴ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. 4. Γίνου μακρόθυμος, ἐλεήμων, εἰρηνοποιός, καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἀπὸ παντὸς κακοῦ, ἄκακος καὶ ἡσύχιος, ἀγαθὸς καὶ φυλάσσων καὶ τρέμων τοὺς λόγους, οὓς ἤκουσας. 5. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν οὐδὲ δώσεις τὴν ψυχήν σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. 6. Τὰ δὲ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄτερ θεοῦ οὐδὲν γίνεται.

XII. Θωμᾶς εἶπεν· Τέκνον, τὸν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ παραίτιόν σοι γινόμενον τῆς ζωῆς καὶ δόντα σοι τὴν ἐν κυρίῳ σφραγῖδα ἀγαπήσεις ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, μνήσθητι δὲ αὐτοῦ νύκτα καὶ ἡμέραν, τιμήσεις αὐτὸν ὡς τὸν κύριον· ὅθεν γὰρ ἡ κυριότης λαλεῖται, ἐκεῖ κύριός ἐστιν. 2. Ἐκζητήσεις δὲ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καθ' ἡμέραν καὶ τοὺς λοιποὺς ἁγίους, ἵνα ἐπαναπαύσῃ τοῖς λόγοις αὐτῶν· κολλώμενος γὰρ ἁγίοις ἁγιασθήσῃ. 3. Τιμήσεις δὲ αὐτόν, καθ' ὃ δυνατὸς εἶ, ἐκ τοῦ ἱδρῶτός σου καὶ ἐκ τοῦ πόνου τῶν χειρῶν σου· εἰ γὰρ ὁ κύριος δι' αὐτοῦ ἠξίωσέ σοι δοθῆναι πνευματικὴν τροφὴν καὶ ποτὸν καὶ ζωὴν αἰώνιον, σὺ ὀφείλεις πολὺ μᾶλλον τὴν φθαρτὴν καὶ πρόσκαιρον προσφέρειν τροφήν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ, καὶ βοῦν ἀλοῶντα οὐ φιμώσεις, καὶ οὐδεὶς φυτεύει ἀμπελῶνα καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει.

XIII. Κηφᾶς εἶπεν· Οὐ ποιήσεις σχίσματα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους· κρινεῖς δικαίως, οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι τινα ἐπὶ παραπτώματι.

2. 1. *τέκνον* c. V O et versionibus praeter A, qui solus praemisit *Ἰούδας εἶπεν.*

3. 3. *ἐπειδὴ* V, non *ἐπεί* | *κληρονομήσουσι* c. O coll A C D : *κληρονομοῦσι* V | 4. *τῶν οὐρανῶν* c. V A : *τοῦ θεοῦ* O, *τὴν γῆν* pro *τὴν β. τ. οὐρ.* C D

4. 5. *ἀπὸ παντὸς κακοῦ* c. V A C: om O

5. 7. *δώσεις — ὑψηλῶν* c. V A S coll C : *δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος οὐδὲ κολληθήσῃ τῇ ψυχῇ σου μετὰ ὑψηλῶν* O cf. D. Nisi codex Ottobonianus c. 14 indicaret, se Canones ecclesiasticos non integros tradidisse, sed ex Doctrina apostolorum correctum fuisse, eum hic sequerer, cum cogitare liceat, verba, quae in ceteris testibus desunt, ob homoeoteleuton excidisse. Ob illam autem rationem hos testes deserere non audeo.

XII, 1. 11 sqq. *καὶ παραίτιον — σφραγῖδα* et *τιμήσεις — καθ' ἡμέραν* (v. 2) om M | 12. *μνήσθητι* c. V M : *μνησθήσῃ* O (?) editores — *ἀγαπήσεις ὡς κόρην ὀφθ. σου*] Barn. 19, 9.

2. 15. *ἐπαναπαυθῇς* O, *ἵνα ἐπαναπ.*

cupidus; ex his enim omnibus furta gignuntur. 2. Fili, ne fias morosus, quoniam id ducit ad blasphemiam, neque insolens neque prava meditare; ex his enim omnibus blasphemiae gignuntur. 3. Sis vero mansuetus, quia mansueti hereditabunt regnum caelorum. 4. Fias longanimis, misericos, pacificus, purus corde ab omni nequitia, innocens et quietus, bonus et custodiens cum tremore verba, quae audivisti. 5. Non extolles te neque committes animam tuam cum elatis, sed cum iustis et humilibus conversaberis. 6. Quae tibi acciderint, ea tamquam bona accipies, conscius sine Deo nihil fieri.

XII. Thomas dixit: Fili, qui tibi loquitur sermonem Dei et auctor tibi vitae fit tibique dat in Domino sigillum, eum amabis sicut pupillam oculi tui, recordaberis eius nocte ac die, timebis eum sicut Dominum; unde enim dominium dicitur, ibi Dominus est. 2. Requires vultum eius cotidie et reliquos sanctos, ut requiescas in sermonibus eorum; adhaerens enim sanctis sanctificaberis. Honorabis autem eum, quantum potes, ex sudore tuo et ex labore manuum tuarum. Si enim Dominus per eum dignatus est tibi dari spiritualem cibum et potum et vitam aeternam, tu debes multo magis corruptibilem et temporalem offerre cibum; dignus est enim operarius mercede sua, et bovem triturantem non alligabis, et nemo plantat vineam, quin de fructu eius comedat.

XIII. Cephas dixit: Non facies schismata, sed pacabis pugnantes; iudicabis iuste, non accipies personam arguens ali-

τ. λ. αὐτῶν om M | κολλώμενος — ἁγιασθήσῃ c. M A C S : κολλώμενος· ὡς ἅγιος γὰρ ἁγίοις ἁγιασθήσει (ἁγιασθήσεται O) V O — κολλώμενος — ἁγιασθήσῃ] Similia I Clem. 46, 2 tanquam verba Scripturae allegantur. Cum auctor epistulam Clementis ad Corinthios haud dubie legisset (cf. infra 22, 2; 23, 1—3), eum illum locum hic respexisse conicere licet.

3. 16 sq. τιμήσεις — χειρῶν σου om O | δὲ c. M S : om V | 17 sqq. εἰ γὰρ — ἐσθίει c. V et versionibus: ὁ γὰρ κύριος ἠξίωσέ σε δι' αὐτοῦ δοθῆναί σοι πνευματικὴν τροφὴν καὶ ζωὴν αἰώνιον O, om M — εἰ γὰρ ὁ κύριος κτλ.] Auctor hic Doctrinam 4, 8 et 10, 3 in unum conflavit. — ἄξιος κτλ.] Doctr. 13, 1. Luc. 10, 7. I Tim. 5, 18. — βοῦν κτλ.] Deut. 25, 4. I Tim. 5, 18. — οὐδεὶς κτλ.] I Cor. 9, 7.

XIII, 1. 23. σχίσματα c. V et versionibus: σχίσμα O D, συνάψαι τινὰ μάχην πρὸς ἕτερον M | 24 ἐλέγξαι

Οὐ γὰρ ἰσχύει πλοῦτος παρὰ κυρίῳ· οὐ γὰρ ἀξία προκρίνει οὐδὲ κάλλος ὠφελεῖ, ἀλλὰ ἰσότης ἐστι πάντων παρ' αὐτῷ. 2. Ἐν προσευχῇ σου μὴ διψυχήσῃς, πότερον ἔσται ἢ οὔ. 3. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ἐὰν ἔχῃς διὰ τῶν χειρῶν σου, δώσεις λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου· οὐ διστάσεις δοῦναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ γάρ, τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. 4. Οὐκ ἀποστραφήσῃ ἐνδεόμενον, κοινωνήσεις δὲ ἁπάντων τῷ ἀδελφῷ σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ γὰρ ἐν τῷ ἀθανάτῳ κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς.

XIV. Βαρθολομαῖος εἶπεν· Ἐρωτῶμεν ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὡς ἔτι καιρός ἐστι καὶ ἔχετε εἰς οὓς ἐργάζεσθε μεθ' ἑαυτῶν, μὴ ἐκλείπητε ἐν μηδενί, ἐξουσίαν ἐὰν ἔχητε. 2. Ἐγγὺς γὰρ ἡ ἡμέρα κυρίου, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα σὺν τῷ πονηρῷ· ἥξει γὰρ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. 3. Ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται, ἑαυτῶν γίνεσθε σύμβουλοι ἀγαθοί, θεοδίδακτοι· φυλάξεις ἃ παρέλαβες, μήτε προσθεὶς μήτε ὑφαιρῶν.

XV. Πέτρος εἶπεν· Ἀδελφοί, τὰ περὶ τῶν λοιπῶν νουθεσιῶν αἱ γραφαὶ διδάξουσιν, ἡμεῖς δὲ ἃ ἐκελεύσθημεν διατάξωμεν. Πάντες εἶπαν· Πέτρος λεγέτω.

XVI. Πέτρος εἶπεν· Ἐὰν ὀλιγανδρία ὑπάρχῃ καὶ μήπου πλῆθος τυγχάνῃ τῶν δυναμένων ψηφίσασθαι περὶ ἐπισκόπου ἐντὸς δεκαδύο ἀνδρῶν, εἰς τὰς πλησίον ἐκκλησίας, ὅπου τυγχάνει πεπηγυῖα,

*τινὰ* c. M O : *τινὰ ἐλ.* V | 1 sq. *οὐ γὰρ — ὠφελεῖ* om O, *οὐ γὰρ — συσπῶν* (v. 3) om M | 1. *ἀξία* em : *ἀξίας* V | 2. *ἀλλὰ — αὐτῷ* : *ἰσότης γάρ ἐστι παρὰ θεῷ* O

2. 3 sq. *πότερον — συσπῶν* (v. 3) om O

3. 4 sq. *ἐὰν ἔχῃς* (*ἔχεις* V) — *ἁμαρτιῶν σου* c. V M : *ἐὰν ἔσται ἔχειν σε, ἀπὸ τῶν χειρῶν σου δὸς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν σου* O | *δώσεις* (*δώσῃς*) *λύτρωσιν* c. V D : *δὸς εἰς λύτρον* M | 5 sq. *οὐ διστάσεις — ἀνταποδότης* om O | *δοῦναι* c. M D : *διδόναι* V | 6. *γνώσῃ — ἀνταποδότης* om M

4. 7. *κοινωνήσεις δὲ ἁπ.* c. V : *συγκοινωνήσεις δὲ πάντα* O D | 7 sq. *κοινωνήσεις — φθαρτοῖς* om M, qui post *ἐνδεόμενον* addit : *λήψῃ γὰρ τὸν ἄξιον μισθὸν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν*, atque his verbis finem facit, caput proximum autem ante caput XII exhibet | 8. *πόσον* V | *φθαρτοῖς* c. V : *θνητοῖς* O (qui autem in capite sequente Doctrinam exscripsit) D

XIV. Fere omnia, quae in hoc capite leguntur, ex Barnabae epistula c. 21 hausta sunt. O, contra quem non solum V et M, sed etiam versiones faciunt, pro eis ex Doctrina exscripsit: *Βαρθολομαῖος εἶπεν· Οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου οὐδὲ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις αὐτοὺς τὸν φόβον τοῦ κυρίου* (D. 4, 9). *Ἐξομολογήσῃ*

quem de lapsu. Nihil enim valent divitiae apud Dominum; non enim dignitas praestat neque pulcritudo prodest, sed aequalitas omnium apud eum est. In oratione tua ne dubites, utrum futurum sit an non. Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere. Si habes per manus tuas, dabis pretium ad redimenda peccata tua. Non dubitabis dare, neque murmurabis, cum das; cognosces enim, quis sit bonus mercedis retributor. Non repudiabis indigentem, communicabis autem in omnibus cum fratre tuo nec quidquam dices proprium; nam si in immortalibus consortes estis, quanto magis in corruptibilibus?

XIV. Bartholomaeus dixit: Rogamus vos, fratres, quamdiu tempus est et habetis vobiscum, in quos operamini, ne defeceritis in nullo, si facultatem habetis. 2. Prope est enim dies Domini, in qua omnia cum malo peribunt; veniet enim Dominus et merces eius cum eo. 3. Fiatis vobis legislatores, fiatis vobis consiliarii boni, a Deo docti. Custodies, quae accepisti, neque addens neque demens.

XV. Petrus dixit: Fratres, cetera, quae moneantur, Scripturae docebunt, nos vero constituamus, quae nobis praecepta sunt. Omnes dixerunt: Petrus loquatur.

XVI. Petrus dixit: Si paucitas hominum accidit neque iam copia adest eorum, qui suffragium de episcopo inter duodecim viros eligendo facere valent, ad ecclesias proximas, si quae con-

*τὰ παραπτώματά σου· οὐκ ἐγκαταλείψῃ ἐντολὰς κυρίου· οὐ προσελεύσῃ ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ* (D. 4, 13. 14)· *μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν καὶ πᾶν ὃ μὴ ἀρέσκει κυρίῳ· φυλάξῃ δὲ ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς μήτε ὑφαιρῶν. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς* (D. 4, 12. 13. 14). His verbis libellus in O quoque concluditur.

1. 11. *ἐξουσίαν* c. M : *ἐξοῦ* V

2. 13 *μετ' αὐτοῦ* c. V et versionibus : om M Barn.

3. 13. *ἑαυτῶν γ. νομοθέται* c. versionibus Barn : om V M | 14. *θεοδίδακτοι* c. M versionibus Barn : *διδακτοὶ* V | 14 sq. *ἃ παρέλαβες* em coll M D : *ἅπερ ἔλαβες* V — *φυλάξεις κτλ.*] Barn. 19, 11. Verba quidem in Doctrina apostolorum 4, 12 leguntur. Auctor autem hic potius epistulam Barnabae respexisse videtur, ex qua etiam reliqua capitis pars fluxit.

XV. Si respicis 4, 1, ubi duarum viarum mentio fit, hic descriptionem viae mortis exspectas. Auctor autem, postquam viam vitae exposuit, eam supervacaneam putasse videtur.

XVI, 1. 2. *δοκιμάσωσι* em : *δοκιμάσαντες* V — *ἐντὸς δεκαδύο ἀνδρῶν*] Bickell et ceteri editores haec verba tanquam epexegesen ad *πλῆθος* vel

γραφέτωσαν, ὅπως ἐκεῖθεν ἐκλεκτοὶ τρεῖς ἄνδρες παραγενόμενοι δοκιμῇ δοκιμάσωσι τὸν ἄξιον ὄντα, εἴ τις φήμην καλὴν ἔχει ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, εἰ ἀναμάρτητος ὑπάρχει, εἰ φιλόπτωχος, εἰ σώφρων, μὴ μέθυσος, μὴ πόρνος, μὴ πλεονέκτης ἢ λοίδορος ἢ προσωπολήπτης καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. 2. Καλὸν μὲν εἶναι ἀγύναιος, εἰ δὲ μή, ἀπὸ μιᾶς γυναικός, παιδείας μέτοχος, δυνάμενος τὰς γραφὰς ἑρμηνεύειν, εἰ δὲ ἀγράμματος, πραῢς ὑπάρχων, καὶ τῆς ἀγάπης εἰς πάντας περισσευέτω, μήποτε περί τινος ἐλεγχθεὶς ὁ ἐπίσκοπος ἀπὸ τῶν πολλῶν γενηθείη.

XVII. Ἰωάννης εἶπεν· Ὁ κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, εἰδὼς τὸ προσεχὲς καὶ φιλόθεον τῶν σὺν αὐτῷ, καταστήσει οὓς ἐὰν δοκιμάσῃ πρεσβυτέρους δύο.

*ὀλιγανδρία* retulerunt et vocem *ἐντός* interpretati sunt: infra. Verba etiam cum *ψηφίσασθαι περὶ ἐπισκόπου* construi possunt et vox *ἐντός* verti: intra vel inter, ita ut duodecim viri non tam sint ei, qui eligunt, quam ei, ex quibus episcopus eligitur. Cum illi viri eidem sint cum his, parum sane refert, quomodo interpretemur. Haec autem interpretatio textui magis consentanea esse videtur. Duchesne, *Bulletin critique* 1886 p. 363, respiciens capita sequentia, ubi de ordinatione trium presbyterorum, lectoris et trium diaconorum sermo est, atque considerans, tot clericos in ecclesia, quae nondum numerabat duodecim laicos, haud facile ordinatos fuisse, teste autem Pseudoclemente (Recognit. III, 66; VI, 15. Hom. XI, 36) in nonnullis ecclesiis presbyteros duodecim fuisse, in ecclesia Alexandrina e collegio presbyterorum episcopum revera semper creatum esse, duodecim viros presbyteros declaravit. Interpretatio autem non concordat cum capite XVII, ubi non duodecim, sed duo vel tres presbyteri commemorantur. — *ὅπου τυγχάνει πεπηγυῖα*] Duchesne haec verba ad *ὀλιγανδρία* referenda esse putat. Mihi verba proxime praecedentia explicare videntur. — *ἐκλεκτοὶ τρεῖς ἄνδρες*] Auctor episcopos non nominat. Cum autem saeculo iam tertio teste Cypriano (Ep. 67, 5 ed. Hartel) episcopi vicini vel eiusdem provinciae fere ubique praepositi eligendi causa convenire soliti essent, auctor de episcopis cogitasse videtur. — *δοκιμάσωσι*] Cf. II Cor. 8, 22. I Tim. 3, 10. Doctr. apost. 11, 11; 12, 1; 15, 1. I Clem. 42, 4; 44, 2. — *φήμην καλὴν κτλ.*] Haec fere omnia usque ad finem capitis leguntur I Tim. 3, 2—7; Tit. 1, 6—9; I Cor. 5, 11 (*μέθυσος — λοίδορος*); Constit. apost. II, 1—6. — *καὶ τὰ τούτοις ὅμοια*] Eadem formula utitur Paulus Gal. 5, 21.

2. 8. *ὁ ἐπίσκοπος* V — *καλὸν κτλ.*] Auctor I Cor. 7, 26 respexisse videtur, ubi Paulus scribit, homini bonum esse, si sine uxore sit. — *ἀπὸ μιᾶς γυναικός*] Pitra adnotat: Vel absona haec verba sunt vel clare sonant, oportere episcopum esse aut caelibem aut unius uxoris viduum. Interpretatio

stituta est, litterae scribantur, ut inde viri tres electi advenientes probe probent, quis dignus sit, an bonam habeat famam apud gentiles, an insons exsistat, an pauperum studiosus, an prudens, non ebriosus, non fornicator, non avarus vel contumeliosus vel personarum acceptor et cetera id genus. 2. Bonum quidem est, eum esse sine uxore; sin minus, unius uxoris sit; doctrinae sit particeps, idoneus Scripturarum interpres; si vero litterarum expers sit, mitis sit et caritate erga omnes superabundet, ne unquam de aliqua re episcopus a multis arguatur.

XVII. Ioannes dixit: Qui institutus fuit episcopus, considerato studio ac caritate eorum, qui cum eo sunt, instituet duos presbyteros, quos probaverit.

autem non est prorsus recta. Cum verba *ἀπὸ μιᾶς γυναικός* voci *ἀγύναιος* opponantur, non denotant accurate: viduum unius uxoris esse, sed potius: unius uxoris virum esse, sive uxor vivat sive mortua fuerit. Epiphanius Expos. fid. c. 20 distincte dicit, diaconissas, nisi sint *ἀειπάρθενοι, χηρευσάσας ἀπὸ μονογαμίας* esse debere. Cf. *Theol. Quartalschrift* 1882 p. 400. Auctor igitur nihil aliud praecipit ac Paulus apostolus I Tim. 3, 2 verbis *μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα*. Id tantum, si vox *ἀπό* urgeatur, dicendum est, eum velle, ut episcopus, semel maritatus, cum uxore non tanquam maritus, sed tanquam frater vivat. Cum expressio autem sit plane inusitata, interpretatio non est certa. Versio Aethiopica habet: Bonum quidem (esset), si sine uxore ageret; si vero uxorem duxisset unam, priusquam constitueretur episcopus, maneat cum illa. — *παιδείας μέτοχος κτλ.*] Similiter Constit. apost. II, 1: *ἔστω οὖν (ὁ ἐπίσκοπος), εἰ δυνατόν, πεπαιδευμένος*, II, 5: *πολυδίδακτος, μελετῶν καὶ σπουδάζων ἐν ταῖς κυριακαῖς βίβλοις, πολὺς ἐν ἀναγνώσμασιν, ἵνα τὰς γραφὰς ἐπιμελῶς ἑρμηνεύῃ*, II, 1: *εἰ δὲ ᾖ ἀγράμματος, ἀλλ' οὖν ἔμπειρος τοῦ λόγου, καθήκων τῇ ἡλικίᾳ*. Episcopi illiterati saeculis prioribus haud rari erant. Etiam in synodo Ephesina a. 449 duo episcopi aderant, qui scribendi non erant periti. Paulus I Tim. 3, 2 et Tit. 1, 9 episcopum doctorem (*διδακτικόν*) esse vult et amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt, arguere; de contrario autem tacet. — *τῇ ἀγάπῃ εἰς π. π.*] Cf. I Thess. 3, 12: *ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος . . περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς πάντας*. — *ἀπὸ τῶν πολλῶν*] scil. *ἀπὸ τοῦ πλήθους*, qua voce auctor utitur capitulo ineunte.

XVII. *δύο*] Hilgenfeld hic et c. 18 scribit *δεκαδύο*, pro *τρεῖς* ponit *κδ'* (= *εἴκοσι καὶ τέσσαρες*). Non est autem mutandum. Voces *δύο* et *τρεῖς* non solum codice Vindobonensi, sed etiam versionibus traduntur. Auctor praeterea seniores Apocalypsis viginti quattuor non ideo allegat, ut totidem ministros instituendos esse de-

XVIII. Πάντες ἀντεῖπον, ὅτι οὐ δύο, ἀλλὰ τρεῖς· εἴκοσι γὰρ καὶ τέσσαρές εἰσι πρεσβύτεροι, δώδεκα ἐκ δεξιῶν καὶ δώδεκα ἐξ εὐωνύμων. 2. Ἰωάννης εἶπεν· Καλῶς ὑπεμνήσατε, ἀδελφοί· οἱ μὲν γὰρ ἐκ δεξιῶν δεχόμενοι ἀπὸ τῶν ἀρχαγγέλων τὰς φιάλας προσφέρουσι τῷ δεσπότῃ, οἱ δὲ ἐξ ἀριστερῶν ἐπέχουσι τῷ πλήθει τῶν ἀγγέλων. 3. Δεῖ οὖν εἶναι τοὺς πρεσβυτέρους ἤδη κεχρονικότας ἐπὶ τῷ κόσμῳ, τρόπῳ τινὶ ἀπεχομένους τῆς πρὸς γυναῖκας συνελεύ-

monstret; sed, ut verba *δώδεκα ἐξ δεξιῶν κτλ.* c. 18 indicant, id praesertim probare vult, duas episcopi vel altaris partes numero ministrorum pari obtinendas esse. Prorsus denique a similitudine abhorret, auctorem ut viginti quattuor presbyteri ordinentur velle, cum c. 16 ecclesias minimas respexerit.

XVIII, 1. *εἴκοσι γὰρ καὶ τέσσαρες*] Cf. Apoc. 4, 4. 10. Partem autem seniorum a dextris, partem a sinistris esse, S. Scriptura non dicit, sed auctor addit. Argumentatio mira est, et alii locum aliter interpretati sunt. Krawutzcky, *Theol. Quartalschrift* 1882 p. 400 sq., coniecit, verba *πάντες — τρεῖς* et *Ἰωάννης — ἀδελφοί* (v. 2) a compilatore libri de suo addita, cetera autem ex scriptura aliqua vetere hausta esse, in qua decretum fuisset: duos saltem presbyteros instituendos et alteri a dextris, alteri a sinistris episcopo ministrandum esse, similiter atque in caelo duodecim seniores a dextris essent, duodecim a sinistris. Idem Harnack censuit, textum scripturae veteris restituens. Aegre autem quis credat, tantopere compilatorem ordinem evertisse, idque eo minus, quo facilius harmoniam numerorum servare potuit, sive numerum traditum retinebat, sive voci *δύο* vocem *τέσσαρες* substituebat. Aut fortasse omnino numerum *δύο* amovere ac numerum *τρεῖς* inducere voluit? Equidem hoc non sentio. Itaque omnia eidem auctori adiudicanda sunt, et numerus *τρεῖς* inde repetendus esse videtur, quod infra c. 20 tres diaconi commemorantur. Auctor habet ergo bis trinos clericos, qui cum duodenis senioribus Apocalypsis componi possint. Cf. *Bulletin critique* 1886 p. 365 sq. Ne opponas, Constit. apost. VIII, 12 init. presbyteros proprie dictos a dextris et a sinistris altaris stantes commemorari. Ordo haud dubie in singulis ecclesiis diversus erat, in maioribus alius atque in minoribus. Praeterea in scriptura illa quoque l. c. diaconis non solum ministerium ad altare exercendum attribuitur, cum scriptura nostra, nisi pars seniorum de diaconis intellegitur, munus eiusmodi non agnoscat, sed etiam locus ex utraque parte altaris assignatur, eis scilicet, quibus muscae a poculis abigendae erant. Denique notandum est, ea, quae auctor hic dicit, olim nonnunquam in ecclesiis depicta fuisse. In memoriam libet revocare opus illud musivum, quo paries supra arcum triumphalem erectus basilicae S. Pauli extra Urbis muros instinctu S. Leonis I papae et munificentia Placidiae reginae ornatus est.

2. In Apocalypsi, ut iam ex ad-

XVIII. Omnes oblocuti sunt: Non duos, sed tres; viginti enim et quattuor sunt seniores, duodecim a dextris et duodecim a sinistris. 2. Ioannes dixit: Bene admonuistis, fratres. Qui enim a dextris sunt, accipientes ab archangelis phialas offerunt Domino; qui autem a sinistris, praesunt multitudini angelorum. 3. Oportet igitur presbyteros iam aetate provectos esse in mundo, aliquo abstinentes modo a mulierum consortio, promptos ad

notatione praecedente apparet, inter seniores non fit discrimen, sed seniores viginti quattuor simul semper commemorantur. Cf. Apoc. 4, 4. 10; 5, 8. 14; 11, 6; 19, 4. Auctor haec igitur de suo addidit. Archangeli in sacro libro nec semel nominantur. Unde clare patet, auctori minus numerum *εἴκοσι τέσσαρες* quam duas partes aequales curae fuisse.

3. 6. *τοὺς πρεσβυτέρους*: ante haec verba in codice pars lineae tertia rasa est, Hilgenfeld praemittit *κδ'* — *δεῖ οὖν εἶναι τοὺς πρεσβυτέρους*] Quales presbyteros proprie dictos esse oporteat, praeter auctorem nostrum saeculis tribus prioribus Polycarpus solus in epistula ad Philippenses c. 6 exponit, ceteroquin ab iis, quae hic leguntur, haud parum divergens. Mihi quidem Polycarpus l. c. de illis dicere videtur, non de presbyteris-episcopis, ut Harnack censet. Paulus I Tim. 2, 2—7 et Tit. 1, 5—9 de episcopis vel de presbyteris-episcopis agit, inter episcopos et presbyteros non discernens. Auctor Constitutionum apostolorum de presbyteris pluribus locis dicit; quales autem eos oporteat esse, nusquam distincte dicit. Pseudoathanasius vero vel auctor Syntagmatis doctrinae c. 8 (Migne, Patr. gr. t. 28 p. 843) presbyteris praecepta accuratiora dat. Scribit enim: Si sacerdos quispiam accurate velit sacerdotio fungi, non solum praecepta superiora servet (scilicet ea, quae monachos reliquosque Christianos spectant), sed insuper sit sobrius, sedulus, patiens, mansuetus, orphanorum et pauperum et hospitum et bonorum amans, quietus, firmus fide et sententia et verbo, abstinens a muliere; gregem ne neglegat, ne quempiam exsecretur, personam ne accipiat, omnes coarguat; ne sinat ullam scabiosam in ovili ovem, sed per paenitentiam eam purget, atque ita in ovile recipiat; sciat, quo pacto singulos pascere, quae praecepta viduis, quae monachis, quae laicis, quae catechumenis tradere debeat etc. — *κεχρονικότας*] Synodi veteres decernunt, ante aetatem triginta annorum neminem presbyterum (Neocaesar. c. 11 Aurel. 538 c. 6) aut episcopum vel presbyterum (Agath. 506 c. 17. Arelat. 524 c. 1) ordinandum esse. Auctor noster aetatem maiorem praescribere videtur. Constitutiones apostolorum II, 1 volunt, ut episcopus quinquaginta annos natus sit. — *τρόπῳ τινὶ ἀπεχομένους κτλ.*] Phrasis *τρόπῳ τινί* in Constitutionibus apostolorum II, 1 et III, 1 legitur. Harnack interpretatur: convenienter (= *κατὰ τρόπον*) et censet, presbyteris consortium mulierum plane interdictum, episcopis et diaconis ab auctore concessum esse.

σεως, εὐμεταδότους εἰς τὴν ἀδελφότητα, πρόσωπον ἀνθρώπου μὴ λαμβάνοντας, συμμύστας τοῦ ἐπισκόπου καὶ συνεπιμάχους, συναθροίζοντας τὸ πλῆθος, προθυμουμένους τὸν ποιμένα. 4. Οἱ δὲ ἐκ δεξιῶν πρεσβύτεροι προνοήσονται τῶν ἐπισκόπων πρὸς τὸ θυσιαστήριον, ὅπως τιμήσωσι καὶ ἐντιμηθῶσιν, εἰς ὃ ἂν δέῃ. Οἱ ἐξ ἀριστερῶν πρεσβύτεροι προνοήσονται τοῦ πλήθους, ὅπως εὐσταθὴς καὶ ἀθόρυβος εἴη, πρῶτον μεμαθηκὼς ἐν πάσῃ ὑποταγῇ. 5. Εἰ δέ τις νουθετούμενος αὐθαδῶς ἀποκριθῇ, τὸ ἓν ποιήσαντες οἱ ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν τοιοῦτον μετὰ ἴσης βουλῆς, ὃ ἂν ῇ ἄξιον, δικασάτωσαν, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι, μήποτε ἑνὸς πρόσωπον λάβωσι, καὶ ἐπὶ πλεῖον νεμηθῇ ὡς γάγγραινα, καὶ αἰχμαλωτισθῶσι οἱ πάντες.

XIX. Ἰάκωβος εἶπεν· Ἀναγνώστης καθιστανέσθω πρῶτον δοκιμῇ δεδοκιμασμένος, μὴ γλωσσοκόπος, μὴ μέθυσος μηδὲ γελωτολόγος, εὔτροπος, εὐπειθής, εὐγνώμων, ἐν ταῖς κυριακαῖς συνόδοις πρῶτος σύνδρομος, εὐήκοος, διηγητικός, εἰδώς, ὅτι εὐαγγελιστοῦ

Interpretationi autem vox *τινί* adversatur. Auctor potius vult, ut presbyteri consortio uxorum quodammodo vel quam maxime abstineant. — *συμμύσται*] Vox apud veteres satis usitata. Iam Ignatius Eph. 12, 2 ea utitur, Ephesios Pauli symmystas appellans, quia ab apostolo mysteriis divini consilii et christianae veritatis initiati erant. Quod hic presbyteri symmistae episcopi nominantur, id inde maxime repetendum est, quod episcopum in mysteriis administrandis adiuvant. — *ποιμένα*] i. e. episcopum.

4. 6. *εὐσταθής*: add ῇ V, *εὐσταθήσῃ* em Lagarde — *ὅπως τιμήσωσι καὶ ἐντιμηθῶσιν*] Respiciens sententiam sequentem Harnack vocem *ἐπίσκοποι* supplendam esse putat, ac vertit: ut munera distribuant et accipiant. Revera ibi subiectum est *τὸ πλῆθος*, non *οἱ πρεσβύτεροι*. Haec autem verba potius ad *πρεσβύτεροι* quam ad *ἐπισκόπων* referenda esse videntur. Interpretatio illa etiam ideo reprobanda est, quia vox *τιμᾶν* denotat: munera vel dona dare, non autem: dona (data) distribuere. Constitutionibus apostolorum II, 28 et III, 1 versio Harnackiana non probatur. — *οἱ ἐξ ἀριστερῶν πρεσβύτεροι*] i. e. diaconi. Auctor autem voce *πρεσβύτεροι* utitur, quia presbyteros et diaconos ecclesiae terrestris cum senioribus Apocalypsis vel ecclesiae caelestis comparat; eumque revera hic non de presbyteris, sed de diaconis cogitare, inde apparet, quod Constit. apost. II, 57 idem officium diaconis adiudicatur, quod hic senioribus adscribitur, scilicet ut ordinem et quietem populi conservent. — *μεμαθηκὼς ἐν πάσῃ ὑποταγῇ*] Cf. I Tim. 2, 11: *γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ*.

5. 9. *ῇ* em: *εἰ* V | 10. *ἔχωσι* em: *ἔχουσι* V — *τὸ ἓν π. οἱ ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ*] i. e. episcopus et presbyteri a dextris stantes in collegio con-

largiendum fratribus, personam hominis non accipientes, cum episcopo consortes mysterii ac pugnae, congregantes multitudinem, studiose prosequentes pastorem. 4. Qui a dextris sunt seniores, episcopis providebunt in sacrificio, ut honorent et honorentur, quantum opus sit. Qui a sinistris sunt seniores, providebunt plebi, ut quieta et sine tumultu sit, primum erudita in omni subiectione. 5. Si quis autem monitus arroganter responderit, qui ad altare sunt, in unum convenientes in talem cum aequo consilio, quod iustum est, decernant, ut et reliqui metum habeant, ne ullius unquam personam accipiant et malum accrescat ut cancer et capiantur omnes.

XIX. Iacobus dixit: Lector instituatur, qui primum probe fuerit probatus, non lingua mordax, non ebrius neque scurrilia effutiens, bonis moribus, oboediens, intellegens, in conventibus dominicis primus accurrens, qui facile audiatur et prompte legat,

gregati; id enim verba οἱ ἐπὶ τῷ θυσιαστηρίῳ denotant, non vero, presbyteros a dextris stantes in unum convenire cum presbyteris a sinistris stantibus vel cum diaconis. Diaconi ergo iudicii exercendi participes non esse videntur. — νεμηθῇ ὡς γάγγραινα] Cf. II Tim. 2, 17. Constit. apost. II, 41. — αἰχμαλωτισθῶσι] Cf. II Tim. 3, 6. Ign. Philad. 2, 2.

XIX. ἀναγνώστης] Ex hoc loco Harnack conclusit, tempore antiquissimo, i. e. usque ad annum 200 circiter, lectorem ordinem obtinuisse ante diaconum. Sententia vero neque verisimilis neque probata est. Argumenta ex aliis scripturis ad eam confirmandam allata satis infirma sunt. Ex hoc autem loco nihil colligendum est. Nequaquam enim hanc scripturae partem altera saeculi secundi parte vel eo tempore, quo ille ordo etiam viguisse dicitur, ortum habere certum est. Praeterea haud difficile est ad explicandum, qua ratione auctor de lectore hoc loco vel prius quam de diacono egerit. Cf. quae de hac re dixi in Prolegomenis. — καθιστανέσθω] Harnack compilatorem hic vocem εἷς delevisse censet, quam in vetere scriptura lectam esse conicit. Sed neque hic neque supra 18, 1 textus mutatus esse putandus est. — κυρ. συνόδοις] i. e. congregationibus fidelium die dominica ad liturgiam celebrandam factis. — διηγητικός] Harnack hanc vocem de facultate Scripturae lectae explicandae interpretatur. Mihi vox potius artem recitandi denotare videtur. Etiamsi enim nonnunquam accidere potuit, ut lector Scripturam interpretaretur, in universum hoc munus aliis viris incubuit. — εὐαγγελιστοῦ] Cum evangelistis lector comparatur, quippe qui illorum libros praelegat. Vox hic eodem sensu adhibita esse videtur, quo ea usus est Pseudo-Origenes De recta in Deum fide ed. De la Rue I, 807 D. Alium sensum habet Eph. 4, 11; Act. 21, 8; II Tim. 4, 5 (ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ) et

τόπον ἐργάζεται· ὁ γὰρ ἐμπιπλῶν ὦτα μὴ νοοῦντος ἔγγραφος λογισθήσεται παρὰ τῷ θεῷ.

XX. Ματθαῖος εἶπεν· Διάκονοι καθιστάσθωσαν [τρεῖς]· γέγραπται· Ἐπὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα κυρίου. 2. Ἔστωσαν δεδοκιμασμένοι πάσῃ διακονίᾳ, μεμαρτυρημένοι παρὰ τοῦ πλήθους, μονόγαμοι, τεκνοτρόφοι, σώφρονες, ἐπιεικεῖς, ἥσυχοι, μὴ γόγγυσοι, μὴ δίγλωσσοι, μὴ ὀργίλοι, ὀργὴ γὰρ ἀπόλλυσιν ἄνδρα φρόνιμον, μὴ πρόσωπον πλουσίου λαμβάνοντες μηδὲ πένητα καταδυναστεύοντες μηδὲ οἴνῳ πολλῷ χρώμενοι, εὔσκυλτοι· 3. τῶν κρυφίων ἔργων καλοὶ προτρεπτικοί, ἐπαναγκάζοντες τοὺς ἔχοντας τῶν ἀδελφῶν ἁπλοῦν τὰς χεῖρας, καὶ αὐτοὶ εὐμετάδοτοι, κοινωνικοί, πάσῃ τιμῇ καὶ ἐντροπῇ καὶ φόβῳ τιμώμενοι ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἐπιμελῶς προσέχοντες τοῖς ἀτάκτως περιπατοῦσιν, οὓς μὲν νουθετοῦντες, οὓς δὲ παρακαλοῦντες, οὓς δὲ ἐπιτιμῶντες· τοὺς δὲ καταφρονοῦντας τελέως παραπεμπόμενοι, εἰδότες, ὅτι οἱ ἀντίλογοι καὶ καταφρονηταὶ καὶ λοίδοροι Χριστῷ ἀντετάξαντο.

XXI. Κηφᾶς εἶπεν· Χῆραι καθιστανέσθωσαν τρεῖς· αἱ δύο προσμένουσαι τῇ προσευχῇ περὶ πάντων τῶν ἐν πείρᾳ καὶ πρὸς τὰς

apud Eusebium H. E. III, 37; V, 10. Cf. adnot. ad Doctrin. apost. 11, 3. — *ἔγγραφος κτλ.*] Cf. I Clem. 45, 8. Herm. Sim. V, 3, 2. 8. Clem. Alex. De div. serv. c. 21.

XX, 1. *καθιστάσθωσαν τρεῖς*] Vox *τρεῖς* et in codice Vindobonensi et in versionibus deest. Littera *γ'* autem, quae numerum graece denotat, ante *γέγραπται* facillime omitti potuit, et contextus omnino hic poscere videtur, ut vox ponatur. Versio Coptica post *καθιστάσθωσαν* quidem habet: tribus eorum vitam testantibus. Auctor vero haud dubie indicare voluit, quot diaconi, non quomodo eligendi essent. Cf. 18, 1. 2; 21, 1. — *ἐπὶ τριῶν κτλ.*] Deut. 19, 15. Matth. 18, 16. II Cor. 13, 1. Vox *κυρίου* neque a scriptoribus sacris neque ab interpretibus exhibetur, et suspicionem haud exiguam movet, cum revera non de verbo Domini, sed de verbo vel lite hominum sermo sit. Nolui autem mutare.

2. Auctor plura ex 1 Tim. 3, 8—13 sumpsit, cum apostoli verbis cum aliis utens. — *δεδοκιμασμένοι π. δ.*] 1 Tim. 3, 10: *δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν.* — *μεμαρτυρημένοι π. τ. πλήθους*] Diaconis ergo testimonium fidelium tantum opus est; episcopos vero etiam apud gentiles bonam famam habere oportet, ut auctor dixit 16, 1. — *μονόγαμοι, τεκνοτρόφοι*] I Tim. 3, 12: *διάκονοι ἔστωσαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων.* — *ἐπιεικεῖς . . μὴ ὀργίλοι*] Haec Paulus 1 Tim. 3, 3 et Tit. 1, 7 de episcopo dicit. — *μὴ δίγλωσσοι . . . μηδὲ οἴνῳ π. χρ.*] I Tim. 3, 8: *μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας.* — *ὀργὴ κτλ.*] Prov. 15, 1: *ὀργὴ ἀπόλ-*

memor evangelistae loco se operari. Qui enim aures implet non intellegentis, inscriptus putabitur apud Deum.

XX. Matthaeus dixit: Diaconi instituantur [tres]; scriptum est: In tribus stabit omne verbum Domini. 2. Sint probati in omni ministerio, testimonium habentes a plebe, unius uxoris viri, filiorum nutritores, prudentes, modesti, placidi, non murmurantes, non bilingues, non iracundi, ira enim perdit virum sapientem, non personam divitis accipientes neque pauperem opprimentes neque vino multo indulgentes, agiles; 3. qui ad occulta opera bene adhortentur, cogant opulentos inter fratres, ut manus expandant, et ipsi sint munifici, largitores, omni honore et verecundia et timore honorentur a plebe, diligenter attendant in eos, qui inordinate circumeunt, alios admonentes, alios consolantes, alios increpantes, eos qui omnia omnino spernunt missos facientes, memores contradictores et contemptores et calumniatores Christo restitisse.

XXI. Cephas dixit: Viduae instituantur tres; duae perseverent in oratione pro omnibus, qui in tentatione sunt, et re-

*λυσι καὶ φρονίμους*. Constitutiones apost. II, 3 eadem de episcopo dicunt. — *μὴ πρόσωπον — καταδυναστεύοντες*] Constit. apost. II, 5 episcopus admonetur: *ἔστω ὁ ἐπίσκοπος ἀπροσωπόληπτος, μήτε πλούσιον ἐντρεπόμενος ἢ κολακεύων παρὰ τὸ προσῆκον, μήτε πένητα παρορῶν ἢ καταδυναστεύων*. Cf. etiam Doctr. apost. 5, 2. — *εὔσκυλτοι*] Constit. apost. III, 15 19 haec vox ter te diacono adhibetur, II, 3 etiam de episcopo.

3. *τῶν κρυφίων ἔργων*] i. e. eleemosynarum, quas Dominus Matth. 6, 3. 4 vult in abscondito esse. Secundum Canon. Hippol. V diaconis inprimis etiam hominibus occulta egestate pressis providendum est. — *εὐμετάδοτοι, κοινωνικοί*] 1 Tim. 6, 18 Paulus divitibus praecipit, *εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικούς*. — *τιμώμενοι*] Cf. Doctr. apost. 15, 2. — *ἀτάκτως περιπατοῦσιν*] Cf. II Thess. 3, 6. 11. — *νουθετοῦντες*] Cf. I Thess. 5, 14: *νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους*. — *παρακαλοῦντες . . ἐπιτιμῶντες*] Cf. II Tim. 4, 2. — *Χριστῷ ἀντετάξαντο*] Cf. Luc. 10, 16.

XXI, 1. 18. *τῶν* om V — De viduis tanquam ordine ecclesiastico iam Paulus I Tim. 5, 3—16 agit et praeter plura alia id requirit (v. 9), ut vidua sit annos sexaginta nata et unius viri uxor. Praecepta accuratiora de viduis dat auctor Constitutionum apostolorum III, 1—15. Ignatius Smyrn. 13, 1 virgines commemorat vocatas viduas, i. e. virgines, quae ideo appellabantur viduae, quia coetui viduarum adscriptae erant. Origenes in Ioann. 32, 7 (de la Rue IV, 422) viduam in honorem ecclesiasticum connumeratam vel receptam (*καταλεγομένη εἰς ἐκκλησιαστικὴν*

ἀποκαλύψεις περὶ οὗ ἂν δέῃ· 2. μία δὲ παρεδρεύουσα ταῖς ἐν ταῖς νόσοις πειραζομέναις, εὐδιάκονος ᾖ, νηπτική, τὰ δέοντα ἀπαγγέλλουσα τοῖς πρεσβυτέροις, μὴ αἰσχροκερδής, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχουσα, ἵνα δύνηται νήφειν πρὸς τὰς νυκτερινὰς ὑπηρεσίας, καὶ εἴ τις ἑτέρα βούλοιτο ἐργαγαθεῖν· καὶ γὰρ ταῦτα πρῶτα κυρίου θησαυρίσματά εἰσιν ἀγαθά.

XXII. Ἀνδρέας εἶπεν· Διάκονοι ἐργάται τῶν καλῶν ἔργων νυχθήμερον ἐπελεύσονται πανταχοῦ, μήτε πένητα ὑπεροπτεύοντες μήτε πλούσιον προσωποληπτοῦντες, ἐπιγνώσονται τὸν θλιβόμενον, καὶ ἐκ τῆς λογίας οὐ παραπέμψονται· 2. ἐπαναγκάσουσι τοὺς δυναμένους ἀποθησαυρίζειν εἰς ἔργα ἀγαθά, προορῶντας τοὺς λόγους τοῦ διδασκάλου ἡμῶν· Εἴδετέ με πεινῶντα καὶ οὐκ ἐθρέψατέ με· οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες καὶ ἀμέμπτως τόπον ἑαυτοῖς προσποιοῦνται τὸν ποιμενικόν.

XXIII. Φίλιππος εἶπεν· Ὁ λαϊκὸς τοῖς λαϊκοῖς πράγμασι περιπειθέσθω ὑποτασσόμενος τοῖς παρεδρεύουσι τῷ θυσιαστηρίῳ. 2. Ἕκαστος τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἀρεσκέτω τῷ θεῷ, μὴ φιλεχθροῦντες ἀλλήλοις περὶ τῶν τεταγμένων, ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη παρὰ τῷ

*τιμήν, κατατετάχθαι εἰς ἐκκλ. τ.*) appellat. Pseudoclemens quoque ordinis viduarum (Recogn. VI, 15) vel *τοῦ χηρικοῦ* (Hom. XI, 36 mentionem facit. Ordo viduarum permansit usque ad aevum medium, quo viduae in monasteriis congregatae brevi monachae fiebant. Cf. *Real-Encyklopädie der christl. Altert.* ed. Kraus II, 947 sqq. — *προσμένουσαι τ. πρ.*] I Tim. 5, 5: *ἡ δὲ ὄντως χήρα . . προσμένει ταῖς δεήσεσιν καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας.* Cf. Constit. apost. III, 5. — *ἀποκαλύψεις*] sunt revera revelationes, non denudationes corporis (sc. in sacramento baptismi administrando) vel similia, ut putavit Bickell.

2. 2. *ᾖ* : *ἢ* V | 4. *δύνατε* V | 5. *πρῶτα κυρίου* : con *παρὰ τῷ κυρίῳ* Pitra — *μὴ αἰσχροκερδής, μὴ οἴνῳ π. πρ.*] I Tim. 3, 8 de diacono dicitur. Praeceptum apte in hoc versu ponitur, in quo non tam de vidua quam de diaconissa sermo fit. — *ἑτέρα*] Ita cum V et versionibus, praesertim Coptica, legendum esse prodit etiam vox *τις*. Alias lectio *ἕτερα* praeferenda sit, ut emendavit Harnack. Auctor ergo de vidua loquitur, quae viduam tertiam vel diaconissam adiuvet, sive cogitat de una ex duabus, quae orationi vacant, sive de vidua in catalogo ecclesiastico non recepta.

XXII, 1. 8. *ἐπελεύσονται* : *ἐπελεύσοντε* V, appropinquantes C, om A, *ἐπιλεύσοντες* editores plures. — *διάκονοι ἐργάται τ. κ. ἔ.*] Cf. Constit. apost. III, 15: *τῆς δικαιοσύνης ἐργάτας διακόνους.* — *ἐκ τ. λογίας*] i. e. ex pecunia ad egenos adiuvandos collecta. Cf. I Cor. 16, 1. 2. Iust. Apol. I, 67. Tert. Apolog. c. 39.

2. *τοὺς δυναμένους ἀποθ. εἰς ἔργα*

velationum causa, si quae opus sunt; 2. una adsidens mulieribus morbo tentatis, bona ministra, sobria, necessaria nuntians presbyteris, non turpis lucri cupida, non multo vino dedita, ut possit vigilare in nocturnis ministeriis, et si quae alia benefacere velit; etenim hi primi Domini thesauri sunt boni.

XXII. Andreas dixit: Diaconi operatores bonorum operum, noctu dieque circumibunt ubique, neque pauperem despicientes neque divitis personam accipientes, agnoscent oppressum neque a collecta excludent; 2. eos vero, quibus facultates sunt, cogent in bonis operibus thesaurizare, considerantes verba magistri nostri: Vidistis me esurientem, et non nutrivistis me. Qui enim bene ministraverunt et inculpabiliter, locum sibi vindicant pastoralem.

XXIII. Philippus dixit: Laicus negotiis saecularibus inserviat, eis subditus, qui altari adsident. 2. Unusquisque proprio suo loco placeat Deo, alius alii non succensens propter institutum ordinem, unusquisque, in quo vocatus est a Domino.

*ἀ.*] Cf. I Tim. 6, 17—19: *τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε . . ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς . . ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλόν.* — *διδασκάλου ἡμῶν*] Cf. 26, 1. Eadem voce Iustinus et auctor Constitutionum apostolorum Christum saepe appellant. Cf. Apolog. I, 4. 12. 13. 19. 21. 32. Constit. apost. III, 6, 7. 19 etc. — *εἴδετε κτλ.*] Matth. 25, 35—44. Auctor verba Matth. 25, 37 maxime secutus est. — *οἱ γὰρ κτλ.*] I Tim. 3, 13, ubi autem pro *τόπον τὸν ποιμενικόν* legitur *βαθμὸν καλόν*. Auctor etiam I Clem. 44, 3. 5: *λειτουργήσαντας ἀμέμπτως*, respexisse videtur.

XXIII, 1. 16. *περιπειθέσθω* em: *περιποιθέσθω* V — I Clem. 40, 5: *ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.* Cf. quae ad hunc locum adnotavi. — *τοῖς παρεδρεύουσι τῷ θυσιαστηρίῳ*] Eisdem verbis utitur Paulus I Cor. 9, 13.

2. *ἕκαστος κτλ.*] I Clem. 41, 1: *ἕκαστος ἡμῶν ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐαρεστείτω* (vel *εὐχαριστείτω* cod. Alex.) *τῷ θεῷ . . μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα.* Cf. 40, 5, ubi Clemens etiam phrasi *ἴδιος ὁ τόπος* utitur. Tribus ergo locis vel quattuor (cf. 12, 2; 22, 2; 23, 1) auctor proxime ad huius epistulam ad Corinthios accedit, ita ut eum epistulam legisse iure concludamus. — *ἕκαστος*] Versiones addunt: currat (A) vel maneat (C). I Cor. 7, 24 Paulus scribit: *ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοί, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ θεῷ.* Hunc locum respiciens Harnack post *ἐκλήθη* inserit: *ἐν τούτῳ μενέτω.* Equidem non muto. Ad vocem *ἕκαστος* suppleri potest *ἀρεσκέτω.*

θεῷ. 3. Ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου τὸν δρόμον μὴ παρατεμνέσθω· οὐδὲ γὰρ οἱ ἄγγελοι παρὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς οὐδὲν ἕτερον ἐξελίσσουσιν.

XXIV. Ἀνδρέας εἶπεν· Εὔχρηστόν ἐστιν, ἀδελφοί, ταῖς γυναιξὶ διακονίαν καταστῆσαι.

XXV. Πέτρος εἶπεν· Ἐφθάσαμεν τάξαντες· περὶ δὲ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος ἀκριβῶς μηνύσωμεν.

XXVI. Ἰωάννης εἶπεν· Ἐπελάθεσθε, ἀδελφοί, ὅτε ᾔτησεν ὁ διδάσκαλος τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον καὶ ηὐλόγησεν αὐτὰ λέγων· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμα, ὅτι οὐκ ἐπέτρεψε ταύταις συστῆναι ἡμῖν. 2. Μάρθα εἶπεν· Διὰ Μαριάμ, ὅτι εἶδεν αὐτὴν μειδιῶσαν. Μαρία εἶπεν· Οὐκέτι ἐγέλασα· προέλεγε γὰρ ἡμῖν, ὅτε ἐδίδασκεν, ὅτι τὸ ἀσθενὲς διὰ τοῦ ἰσχυροῦ σωθήσεται.

XXVII. Κηφᾶς εἶπεν· Ἐνίων μέμνησθε δέ, ὅτι ταῖς γυναιξὶ μὴ ὀρθαῖς πρέπει προσεύχεσθαι, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς γῆς καθεζομέναις.

XXVIII. Ἰάκωβος εἶπεν· Πῶς οὖν δυνάμεθα περὶ γυναικῶν διακονίας ὁρίσαι, εἰ μή τι διακονίαν ἵνα ἐπισχύσωσι ταῖς ἐνδεομέναις;

3. 1. *παρατεμνέσθω* V, non *παρατεμνεῖτο*. — *οἱ ἄγγελοι κτλ.*] Cf. I Clem. 34, 5.

XXIV. Hilgenfeld hoc caput et sequentia usque ad 29, 1 tanquam corrupta vel addita uncis inclusit. Similiter senserunt Pitra et Krawutzcky, *Theol. Quartalschrift* 1882 p. 405 sq. Ego non intellego, cur pars etiam versionibus tradita auctori non sit adscribenda. Sensus hic esse videtur. Postquam de diversis officiis ecclesiasticis actum est, Andreas monet, ut feminis ministerium simile ac diaconis deputetur. Petrus respondet, id iam factum esse, scilicet cum de viduis dictum sit; modo quaeri, an feminis in eucharistia offerenda vel distribuenda officium assignandum sit. Ioannes autem occurrit, hoc non quaeri, cum feminae ad sacramentum eucharistiae instituendum a Domino non fuerint admissae; et Cephas addit, mulieribus ideo quoque in liturgia ministerium non esse attribuendum, quia ipsis humi sedentibus orandum sit. Iacobus tandem sermonem concludit dicens: mulieribus ergo non aliud officium iniungendum esse, nisi ut egenis feminis inserviant.

XXVI. Cf. Matth. 26, 26 sq. Hoc caput Harnack ex Evangelio aliquo apocrypho desumptum esse putat. Sententia autem minime certa est. Auctor hanc partem etiam fingere potuit, ut mulieribus officium in liturgia non esse deputandum probaret. Cf. *Bulletin critique* 1886 p. 362.

1. *ὁ διδάσκαλος*] Vox hic absolute adhibita est, cum 22, 2 de magistro nostro sermo sit. Auctor apostolos et alios aequales Iesu imitatur, qui hunc simpliciter *διδάσκαλε* alloque-

3. Alter alterius cursum ne intercipiat. Neque enim angeli praeter id, quod ipsis praeceptum est, quidquam aliud praeoccupant.

XXIV. Andreas dixit: Utile est, fratres, mulieribus ministerium assignare.

XXV. Petrus dixit: Iam statuimus; de oblatione vero corporis et sanguinis accurate commonefaciamus.

XXVI. Ioannes dixit: Obliti estis, fratres, quod magister, cum panem et calicem rogaret eisque benediceret dicens: Hoc est corpus meum ac sanguis, his non permisit nobiscum stare. 2. Martha dixit: Propter Mariam, quoniam vidit eam subridentem. Maria ait: Non amplius risi; praedixit enim nobis, quando docebat, fore ut infirmum per validum salvaretur.

XXVII. Cephas dixit: Aliqua autem memineritis, quod mulieres non decet stando orare, sed super terram sedentes.

XXVIII. Iacobus dixit: Quomodo igitur possumus de mulierum ministerio decernere, nisi ministerium, quo valeant mulieribus egenis inservire?

bantur. Cf. Matth. 8, 19; 12, 38; 22, 16. 24. 26.

2. 11. *Μάρθα εἶπεν* exstat bis in V — Animadverte contextum. Ratio afferenda erat, cur Dominus in eucharistia instituenda mulieribus cum apostolis stare non permisisset. Auctor autem id non suis verbis facit, sed potius mulieres inducit causas reddentes. Harnack verba *Μάρθα* — *ἐγέλασα* tanquam observationem ab apostolo Ioanne interiectam uncis inclusit. — *οὐκέτι κτλ.*] Maria ergo se risisse non negat, affirmat autem vitium se abiecisse, atque aliam causam addit, ob quam mulieres a sacro ministerio arcentur. — *ἡμῖν*] sc. mulieribus, non apostolis, ut Harnack interpretatur. — *τὸ ἀσθενὲς κτλ.*] S. Scriptura hanc sententiam non exhibet.

XXVII, 14. *δὲ* c. V : *λεγόντων* Hilgf. | 15. *πρέπει* c. versionibus: om V | *ἐπὶ* em: *ἀπὸ* V — Cephas rationem aliam affert, cur mulieribus officia liturgica interdicta sint. Versiones hic valde discrepant. Aethiops legit: Infit Cephas: sunt qui dicant: non decet feminas attollere vocem suam, dum stant in ecclesia (cf. I Cor. 14, 34. 35), sed faciant eas procumbere humi. Interpres Copticus exhibet: Cephas dixit: nonnulli dicunt: decet mulieres orare stantes neque procumbere super terram. — *μὴ ὀρθαῖς κτλ.*] De hoc habitu mulierum alias nihil traditur.

XXVIII. 17. *διακονίαν ὁρίσαι* V, non *διακονίας ὁρ.* | *ἐπισχύσωσι* c. V: coniciebatur *ἐπισχήσωσι* et *ἐπισχῶσι*. — *εἰ μή τι κτλ.*] Inservire ergo mulieribus egenis est solum officium ecclesiasticum, quod mulieribus deputatur.

XXIX. Φίλιππος εἶπεν· Τοῦτο, ἀδελφοί, περὶ τῆς μεταδόσεως. Ὁ ποιῶν ἔργον ἑαυτῷ θησαυρὸν καλὸν περιποιεῖται· ὁ γὰρ θησαυρίζων ἐν τῇ βασιλείᾳ ἔγγραφος ἐργάτης λογισθήσεται παρὰ τῷ θεῷ.

XXX. Πέτρος εἶπεν· Ταῦτα, ἀδελφοί, οὐχ ὡς ἐξουσίαν τινὸς ἔχοντες πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ' ἐπιταγὴν ἔχοντες παρὰ κυρίου ἐρωτῶμεν ὑμᾶς φυλάξαι τὰς ἐντολάς, μηδὲν ἀφαιροῦντας ἢ προστιθέντας, ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XXIX. 1 sq. *μεταδώσεως ὁ ποιόν* V — *ὁ ποιῶν κτλ.*] Cf. Matth. 19, 21. — *θησαυρίζων ἐν τ. β.*] Cf. Matth. 6, 20. — *ὡς ἐξουσίαν . . ἔχοντες*] Matth. 7, 29: *ὡς ἐξ. ἔχων*.

XXX. *ἐπιταγὴν*] Cf. I Cor. 7, 25. II Cor. 8, 8. — *φυλάξαι κτλ.*] Cf. supra 14. Auctor utramque libelli partem eisdem fere verbis concludit. Hic autem addit *ἐν τῷ ὀνόματι κτλ.*

XXIX. Philippus dixit: Hoc, fratres, de dando. Qui opus facit, sibi thesaurum bonum adquirit. Qui enim thesaurizat in regno, inscriptus operarius putabitur apud Deum.

XXX. Petrus dixit: Haec, fratres, non tanquam potestatem alicuius habentes ad cogendum, sed mandatum habentes a Domino rogamus vos, ut custodiatis praecepta, nihil auferentes vel addentes, in nomine Domini nostri, cui gloria in saecula. Amen.

# ΔΙΑΤΑΓΑΙ
## ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.
### Ζ.

---

I. Τοῦ νομοθέτου Μωσέως εἰρηκότος τοῖς Ἰσραηλίταις· Ἰδοὺ δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου, καὶ ἐπιφέροντος· Ἔκλεξαι τὴν ζωήν, ἵνα ζήσῃς· καὶ τοῦ προφήτου Ἠλία λέγοντος τῷ λαῷ· Ἕως πότε χωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν; εἰ θεός ἐστι κύριος, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ· εἰκότως ἔλεγε καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς· Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει· 2. ἀναγκαίως καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι τῷ διδασκάλῳ Χριστῷ, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν, φαμέν, ὡς δύο ὁδοί εἰσι, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου. Οὐδεμίαν δὲ σύγκρισιν ἔχουσιν πρὸς ἑαυτάς, πολὺ γὰρ τὸ διάφορον, μᾶλλον δὲ πάντῃ κεχωρισμέναι τυγχάνουσι, καὶ φυσικὴ μὲν ἔστιν ἡ τῆς ζωῆς ὁδός, ἐπείσακτος δὲ ἡ τοῦ θανάτου, οὐ τοῦ κατὰ γνώμην θεοῦ ὑπάρξαντος, ἀλλὰ τοῦ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλλοτρίου.

II. Πρώτη οὖν τυγχάνει ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς· καὶ ἔστιν αὕτη, ἣν καὶ ὁ νόμος διαγορεύει, ἀγαπᾶν κύριον τὸν θεὸν ἐξ ὅλης τῆς διανοίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, τὸν ἕνα καὶ μόνον, παρ' ὃν ἄλλος οὐκ ἔστιν, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. Καὶ πᾶν, ὃ μὴ θέλεις γενέσθαι σοι, καὶ σὺ τοῦτο ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. 2. Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν. Ποία γὰρ ὑμῖν χάρις, ἐὰν φιλῆτε τοὺς φιλοῦντας ὑμᾶς; καὶ γὰρ καὶ οἱ

I, 1. 5. *τὴν ζωὴν* om Pitra. — *ἰδοὺ κτλ.*] Deut. 30, 15. 19. — *ἕως πότε κτλ.*] III Reg. 18, 21. — *οὐδεὶς κτλ.*] Matth. 6, 24.
2. *σωτὴρ κτλ.*] I Tim. 4, 10. — *φυσικὴ κτλ.*] Cf. Sap. 1, 13; 2, 23—24.

# CONSTITUTIONES SANCTORUM APOSTOLORUM.

## LIBER VII.

I. Cum legislator Moses dixerit Israëlitis: *Ecce dedi ante faciem vestram viam vitae et viam mortis*, ac subiungat: *Elige vitam, ut vivas*, et propheta Elias populo denuntiet: *Usquequo claudicabitis in ambobus poplitibus vestris? Si Deus est Dominus, ambulate post eum:* merito dixit etiam Dominus Iesus: *Nemo potest duobus dominis servire; aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut uni adhaerebit et alterum contemnet;* 2. necessario et nos, secuti magistrum Christum, *qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium*, pronuntiamus, quod duae sunt viae, vitae una, mortis altera. Nullam autem habent inter se convenientiam, sed magnum discrimen, immo vero prorsus disiunctae consistunt, ac naturalis quidem est vitae via, adscita autem via mortis, non illius, quae ex voluntate Dei, verum illius, quae ex insidiis adversarii exstitit.

II. Prima igitur est via vitae; eaque est, quam et lex praecipit, *diligere Dominum Deum ex tota mente et ex tota anima, unum ac solum, praeter quem alius non est,* et proximum sicut seipsum. Et omne, quod non vis tibi fieri, et tu hoc alteri ne facias. 2. Benedicite eis, qui vobis maledicunt, orate pro calumniantibus vos, *diligite* inimicos vestros, Quae enim vobis gratia, si amatis eos, qui vos amant? Etenim ethnici quoque

Auctor respicit Gnosticos vel Manichaeos.

II, 1. 20 sq. *διανοίας : καρδίας* Lagarde – *ἀγαπᾶν κτλ.*] Deut. 6, 5. Marc. 12, 32—33. Auctor quidem ad legem Mosis provocat, revera autem evangelistam sequitur.

ἐθνικοὶ τοῦτο ποιοῦσιν. Ὑμεῖς δὲ φιλεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἐχθρὸν οὐχ ἕξετε. 3. Οὐ μισήσεις γάρ, φησί, πάντα ἄνθρωπον, οὐκ Αἰγύπτιον, οὐκ Ἰδουμαῖον, ἅπαντες γάρ εἰσι τοῦ θεοῦ ἔργα. Φεύγετε δὲ οὐ τὰς φύσεις, ἀλλὰ τὰς γνώμας τῶν πονηρῶν. 4. Ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ κοσμικῶν ἐπιθυμιῶν. Ἐάν τίς σοι δῷ ῥάπισμα εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, οὐ φαύλης οὔσης τῆς ἀμύνης, ἀλλὰ τιμιωτέρας τῆς ἀνεξικακίας· λέγει γὰρ ὁ Δαβίδ· Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά. Ἐὰν ἀγγαρεύσῃ σέ τις μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει. 5. Τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι παρὰ σοῦ μὴ ἀποκλείσῃς τὴν χεῖρα, δίκαιος γὰρ ἀνὴρ οἰκτείρει καὶ κιχρᾷ· πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ πατὴρ ὁ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ τὸν ὑετὸν αὐτοῦ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. 6. Πᾶσιν οὖν δίκαιον διδόναι ἐξ οἰκείων πόνων· Τίμα γάρ, φησί, τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων· προτιμητέον δὲ τοὺς ἁγίους. 7. Οὐ φονεύσεις, τοῦτ' ἔστιν οὐ φθερεῖς τὸν ὅμοιόν σοι ἄνθρωπον, διαλύεις γὰρ τὰ καλῶς γινόμενα· οὐχ ὡς παντὸς φόνου φαύλου τυγχάνοντος, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἀθώου, τοῦ δὲ ἐνδίκου ἄρχουσι μόνοις ἀφωρισμένου. 8. Οὐ μοιχεύσεις, διαιρεῖς γὰρ μίαν σάρκα εἰς δύο· Ἔσονται γάρ, φησίν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ἓν γάρ εἰσιν ἀνὴρ καὶ γυνὴ τῇ φύσει, τῇ συμπνοίᾳ, τῇ ἑνώσει, τῇ διαθέσει, τῷ βίῳ, τῷ τρόπῳ, κεχωρισμένοι δέ εἰσι τῷ σχήματι καὶ τῷ ἀριθμῷ. 9. Οὐ παιδοφθορήσεις· παρὰ φύσιν γὰρ τὸ κακὸν ἐκ Σοδόμων φυέν, ἥτις πυρὸς θεηλάτου παρανάλωμα γέγονεν· ἐπικατάρατος δὲ ὁ τοιοῦτος, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο. 10. Οὐ πορνεύσεις· Οὐκ ἔσται γάρ, φησί, πορνεύων ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. 11. Οὐ κλέψεις· Ἄχαρ γὰρ κλέψας ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐν Ἱεριχὼ λίθοις βληθεὶς τοῦ ζῆν ὑπ-

3. *οὐ μισήσεις κτλ.*] Deut. 23, 7.
4. *εἰ ἀνταπέδωκα*] Ps. 7, 5. — *καὶ τῷ θέλοντί σοι κρ. καί*] Matth. 5, 40.
5. 12. *ἀποκλείσῃς*: editores ceteri praemittunt *ἀποστραφείς* uncinis inclusum. — *ἀπὸ τὸ θέλοντος κτλ.*] Matth. 5, 42: *τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς.* — *δίκαιος κτλ.*] Ps. 111, 5. — *ὁ τὸν ἥλιον κτλ.*] Matth. 5, 45.
6. *τίμα κτλ.*] Prov. 3, 9. — *προτιμητέον δὲ τ. ἁγ.*] Cf. Gal. 6, 10.
7. *τοῦ δὲ ἐνδίκου κτλ.*] Cf. Rom. 13, 4.
8. *ἔσονται κτλ.*] Gen. 2, 24. Similia de adulterio et peccatis sequentibus, scilicet paederastia et fornicatione, Constit. apost. VI, 28 dicuntur, et quidem ab interpolatore, non ab auctore Didascaliae principe.

hoc faciunt; vos autem amate eos, qui vos oderunt, et inimicum non habebitis. 3. Ait enim: *Ne oderis ullum hominem, non Aegyptium, non Idumaeum;* nam omnes sunt Dei opus. Fugite autem non naturas, sed voluntates improborum. 4. Abstine a carnalibus et mundanis cupiditatibus. Si quis incusserit tibi colaphum in dexteram maxillam, obverte illi et alteram, non quod mala sit ultio, sed quod pluris fieri debeat patientia. David enim dicit: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Si angariaverit te aliquis unum milliare, vade cum illo duo, *et ei, qui vult tecum iudicio contendere et* tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium, et qui aufert quae tua sunt, ne repetas. 5. Petenti te da, et *volenti mutuari a te ne claudas manum; vir enim iustus miseretur et commodat;* omnibus enim vult tribui pater, qui *solem suum oriri facit super malos et bonos et pluviam suam demittit super iustos et iniustos.* 6. Aequum igitur est, ut omnibus demus ex propriis laboribus. *Honora* enim, inquit, *Dominum de tuis iustis laboribus,* oportet autem praeferre sanctos. 7. Non occides, id est, non destrues similem tibi hominem; dissolvis enim, quae recte facta sunt; non quod omnis caedes sit vitiosa, sed innocentis solius, cum iusta caedes magistratibus solis reservetur. 8. Non moechaberis, dividis enim unam carnem in duo; ait quippe: *Erunt duo in carnem unam,* siquidem maritus et uxor unum sunt natura, conspiratione, unione, affectu, vita, more; separantur vero sexu ac numero. 9. Non corrumpes pueros; naturae enim adversatur vitium ex Sodomis ortum, quae civitas igne divinitus immisso consumpta fuit; *maledictus* autem, qui talis est, *et dicet omnis populus: Fiat.* 10. Non fornicaberis: *Non erit* enim, inquit, *fornicator in filiis Israël.* 11. Non furaberis. Achar namque cum in Israel apud Hierichuntem furatus esset, lapidibus obrutus excessit ex vita; et Giezi, quod

9. *παρὰ φύσιν κτλ.*] Cf. Lev. 18, 22. Gen. 19, 24. Constit. apost. VI, 28 legimus: *καὶ γὰρ παρὰ φύσιν ἐστὶν ἡ Σοδόμων ἁμαρτία.* — *ἐπικατάρατος κτλ.*] Deut. 27, 15—26. Formula illa hic plura peccata inducuntur. Idem S. Scripturae locus allegatur Constit. VI, 28.

10. *οὐκ ἔσται*] Deut. 23, 17. Etiam hoc dictum laudatur Constit. VI, 28.

11. *Ἄχαρ*] Cf. Ios. 7, 18—26. — *Γιεζεῖ*] Cf. IV Reg. 5, 20—27. Simi-

ἐξῆλθε, καὶ Γιεζεὶ κλέψας καὶ ψευσάμενος ἐκληρονόμησε τοῦ Νεεμὰν τὴν λέπραν, καὶ Ἰούδας κλέπτων τὰ τῶν πενήτων τὸν κύριον τῆς δόξης παρέδωκεν Ἰουδαίοις, καὶ μεταμεληθεὶς ἀπήγξατο καὶ ἐλάκησε μέσος καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, καὶ Ἀνανίας καὶ Σαπφείρα ἡ τούτου γυνή, κλέψαντες τὰ ἴδια καὶ πειράσαντες τὸ πνεῦμα κυρίου, παραχρῆμα ἀποφάσει Πέτρου τοῦ συναποστόλου ἡμῶν ἐθανατώθησαν.

III. Οὐ μαγεύσεις, οὐ φαρμακεύσεις· Φαρμακοὺς γάρ, φησίν, οὐ περιβιώσετε. 2. Οὐ φονεύσεις τέκνον σου ἐν φθορᾷ, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς· πᾶν γὰρ τὸ ἐξεικονισμένον, ψυχὴν λαβὸν παρὰ θεοῦ, φονευθὲν ἐκδικηθήσεται, ἀδίκως ἀναιρεθέν. 3. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον σου, οἷον τὴν γυνναῖκα ἢ τὸν παῖδα ἢ τὸν βοῦν ἢ τὸν ἀγρόν. 4. Οὐκ ἐπιορκήσεις· ἐρρέθη γὰρ μὴ ὀμόσαι ὅλως· εἰ δὲ μήγε, κἂν εὐορκήσῃς, ὅτι ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. 5. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις, ὅτι ὁ συκοφαντῶν πένητα παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτόν.

IV. Οὐ κακολογήσεις· Μὴ ἀγάπα γάρ, φησί, κακολογεῖν, ἵνα μὴ ἐξαρθῇς· οὐδὲ μνησικακήσεις, ὁδοὶ γὰρ μνησικάκων εἰς θάνατον. 2. Οὐκ ἔσῃ δίγνωμος οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη, καὶ ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. 3. Οὐκ ἔσται ὁ λόγος σου κενός· περὶ παντὸς γὰρ λόγου ἀργοῦ δώσετε λόγον. 4. Οὐ ψεύσῃ· Ἀπολεῖς γάρ, φησί, πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. 5. Οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης οὐδὲ ἅρπαξ· Οὐαὶ γάρ, φησίν, ὁ πλεονεκτῶν τὸν πλησίον πλεονεξίαν κακήν. 6. Οὐκ ἔσῃ ὑποκριτής, ἵνα μὴ τὸ μέρος σου μετ᾽ αὐτῶν θῇς.

V. Οὐκ ἔσῃ κακοήθης οὐδὲ ὑπερήφανος· ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ θεὸς ἀντιτάσσεται. 2. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις. 3. Οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον. Ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν ἀδελφόν σου, καὶ οὐ λήψῃ δι᾽ αὐτὸν ἁμαρτίαν· καὶ ἔλεγχε σοφόν, καὶ ἀγαπήσει σε. 4. Φεῦγε ἀπὸ παντὸς κακοῦ καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτῷ·

liter Achar et Giezi Constit. apost. II, 10 commemorantur, et quidem per interpolatorem, non per auctorem operis principem. — *Ἰούδας*] Cf. Ioann. 12, 6. Matth. 27, 3—5. Act. 1, 18. — *Ἀνανίας*] Cf. Act. 5, 1—10. III, 1. *φαρμακοὺς κτλ.*] Exod. 22, 18. 2. *πᾶν κτλ.*] Cf. Exod. 21, 23. 3. *τὴν γυναῖκα κτλ.*] Exod. 20, 17. 4. *μὴ ὀμόσαι*] Matth. 5, 34. — *ἐπαινεθήσεται*] Ps. 62, 12. 5. *ὁ συκοφαντῶν*] Prov. 14, 31. IV, 1. *μὴ ἀγάπα*] Prov. 20, 13. — *ὁδοί*] Prov. 12, 28.

furtum ac mendacium commisisset, Naamanis lepram in hereditatem accepit; et Iudas, res pauperum surripiens, Dominum gloriae Iudaeis *prodidit, ac paenitentia ductus laqueo se suspendit et crepuit medius, diffusaque sunt omnia viscera eius;* et Ananias atque Saphira, uxor eius, quoniam propria bona rapuerant et *tentaverant spiritum Domini*, statim sententia Petri coapostoli nostri morte mulctati fuerunt.

III. Non uteris magia neque praestigiis; dicit enim: *Praestigiatores non sinetis vivere.* 2. Non interficies filium tuum in abortione, neque quod natum est necabis; omne enim formatum, quod animam a Deo accepit, si perimatur, vindicabitur, utpote iniuste occisum. 3. Non concupisces, quae ad proximum tuum pertinent, ut *uxorem aut servum aut bovem aut agrum.* 4. Non peierabis; dictum enim est: *Non iurabis omnino*; sin minus, saltem pie ac vere iura; quia *laudabitur omnis, qui iurat in eo.* 5. Non dices falsum testimonium, quoniam *qui calumniatur pauperem, lacessit eum, qui illum fecit.*

IV. Non maledices: *Ne diligas* enim, inquit, *maledicere, ne tollaris.* Neque iniurias recordaberis; viae enim *eorum, qui memores sunt iniuriarum, in mortem.* 2. Non eris duplicis sententiae neque duplicis linguae; laqueus enim *fortis viro propria labia;* et *vir linguosus non dirigetur in terra.* 3. Non erit sermo tuus vanus; *de omni* enim *verbo otioso reddetis rationem.* 4. Non mentieris: *Perdes* enim, inquit, *omnes, qui loquuntur mendacium.* 5. Non eris fraudator neque rapax: *Vae* enim, inquit, *ei, qui proximum fraudat fraude mala.* 6. Non eris hypocrita, ne *partem tuam cum eis ponas.*

V. Non eris malignus neque superbus; *superbis* enim *Deus resistit.* 2. Non accipies personam in iudicio, *quia Domini est iudicium.* 3. Non odio habebis ullum hominem. *Arguendo argues fratrem tuum, et non accipies propter eum peccatum;* et *argue sapientem, et diliget te.* 4. Fuge ab omni malo et ab omni

2. *παγὶς γ. ἰσχυρά*] Prov. 6, 2. — *ἀνήρ*] Ps. 139, 11.
3. *περὶ παντός*] Matth. 12, 36.
4. *ἀπολεῖς*] Ps. 5, 7. Cf. Pseudoign. Her. 5, 1.
5. *οὐαί*] Habac. 2, 9.
6. *τὸ μέρος*] Matth. 24, 51.
V, 1. *ὑπερηφάνοις*] Prov. 3, 34. Iac. 4, 6. Cf. Pseudoign. Her. 5, 1.
2. *τ. κ. ἡ κρίσις*] Deut. 1, 17. Cf. 10, 2.
3. *ἐλεγμῷ*] Lev. 19, 17. — *ἔλεγχε*] Prov. 9, 8.

Ἄπεχε γάρ, φησίν, ἀπὸ ἀδίκου, καὶ τρόμος οὐκ ἐγγιεῖ σοι. 5. Μὴ γίνου ὀργίλος μηδὲ βάσκανος μηδὲ ζηλωτὴς μηδὲ μανικὸς μηδὲ θρασύς, ἵνα μὴ πάθῃς τὰ τοῦ Καϊν καὶ τὰ τοῦ Σαοὺλ καὶ τὰ τοῦ Ἰωάβ· ὅτι ὃς μὲν ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ διὰ τὸ πρόκριτον αὐτὸν εὑρεθῆναι παρὰ θεῷ καὶ διὰ τὸ προκριθῆναι τὴν θυσίαν αὐτοῦ· ὃς δὲ τὸν ὅσιον Δαβὶδ ἐδίωκε νικήσαντα τὸν Γολιὰθ τὸν Φιλιστιαῖον, ζηλώσας ἐπὶ τῇ τῶν χορευτριῶν εὐφημίᾳ· ὃς δὲ τοὺς δύο στρατάρχας ἀνεῖλε, τὸν Ἀβεννὴρ τὸν τοῦ Ἰσραὴλ καὶ Ἀμεσσὰ τὸν τοῦ Ἰούδα.

VI. Μὴ γίνου οἰωνοσκόπος, ὅτι ὁδηγεῖ πρὸς εἰδωλολατρείαν· Οἰώνισμα δέ, φησὶν ὁ Σαμουήλ, ἁμαρτία ἐστί, καί· Οὐκ ἔσται οἰωνισμὸς ἐν Ἰακώβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. 2. Οὐκ ἔσῃ ἐπᾴδων ἢ περικαθαίρων τὸν υἱόν σου, οὐ κληδονιεῖς οὐδὲ οἰωνισθήσῃ οὐδὲ ὀρνεοσκοπήσεις οὐδὲ μαθήσῃ μαθήματα πονηρά· ταῦτα γὰρ ἅπαντα καὶ ὁ νόμος ἀπεῖπε. 3. Μὴ γίνου ἐπιθυμητὴς κακῶν, ὁδηγηθήσῃ γὰρ εἰς ἀμετρίαν ἁμαρτημάτων. 4. Οὐκ ἔσῃ αἰσχρολόγος οὐδὲ ῥιψόφθαλμος οὐδὲ μέθυσος· ἐκ γὰρ τούτων πορνεῖαι καὶ μοιχεῖαι γίνονται. 5. Μὴ γίνου φιλάργυρος, ἵνα μὴ ἀντὶ θεοῦ δουλεύσῃς τῷ μαμωνᾷ. 6. Μὴ γίνου κενόδοξος μηδὲ μετέωρος μηδὲ ὑψηλόφρων, ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων ἀλαζονίαι γίνονται· μνήσθητι τοῦ εἰπόντος· Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ, εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν.

VII. Μὴ γίνου γόγγυσος, μνησθεὶς τῆς τιμωρίας ἧς ὑπέστησαν οἱ καταγογγύσαντες Μωσέως. 2. Μὴ ἔσο αὐθάδης μηδὲ πονηρόφρων μηδὲ σκληροκάρδιος μηδὲ θυμώδης μηδὲ μικρόψυχος, πάντα γὰρ ταῦτα ὁδηγεῖ πρὸς βλασφημίαν. 3. Ἴσθι δὲ πρᾶος ὡς Μωυσῆς καὶ Δαβίδ, ἐπεὶ οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

VIII. Γίνου μακρόθυμος· ὁ γὰρ τοιοῦτος πολὺς ἐν φρονήσει, ἐπείπερ ὀλιγόψυχος ἰσχυρῶς ἄφρων. 2. Γίνου ἐλεήμων· μακάριοι γὰρ οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. 3. Ἔσο ἄκακος, ἥσυχος, ἀγαθός, τρέμων τοὺς λόγους τοῦ θεοῦ. 4. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν ὡς ὁ

4. *ἄπεχε*] Ies. 54, 14.
5. *Καϊν*] Gen. 4. — *Σαοὺλ*] I Reg. 17—18. — *Ἰωάβ*] III Reg. 2, 32.
VI, 1. *οἰώνισμα*] I Reg. 15, 23. — *οὐκ ἔσται*] Num. 23, 23.
2. *τὸν υἱόν σου οὐ κτλ.*] Deut. 18, 10. — *οὐδὲ οἰωνισθήσῃ κτλ.*] Lev. 19, 26.
5. *ἵνα μή*] Cf. Matth. 6, 24.
6. *κύριε*] Ps. 130, 1. 2.
VII, 1. *τῆς τιμωρίας*] Cf. Num. 12—14.

re illi simili. *Recede* enim, inquit, *ab iniquo, et tremor non appropinquabit tibi.* 5. Ne sis iracundus neque invidus neque aemulator neque furiosus neque ferox, ne tibi accidant, quae Caïn et Saul et Ioab; quoniam primus quidem occidit fratrem suum Abel, quod is apud Deum praestantior esset inventus quodque eiusdem sacrificium praelatum fuisset; secundus vero sanctum David persequebatur, victorem Goliath Philistaei, invidens ob saltatricum faustam acclamationem; tertius denique duos exercitus duces confodit, Abner ducem Israël et Amasam ducem Iudae.

VI. Ne sis augur, quia id ducit ad idololatriam: *Augurium* enim, inquit Samuel, *peccatum est:* et: *Non erit auguratio in Iacob neque divinatio in Israël.* 2. Non eris incantator aut lustrans *filium tuum. Non ominaberis neque auguraberis neque auspicaberis* neque disces pravas disciplinas; haec enim omnia etiam lex prohibuit. 3. Ne sis cupitor malorum; deduceris enim in peccatorum nimietatem. 4. Non eris turpiloquus neque emissiciis oculis neque vinolentus; inde enim fornicationes et adulteria oriuntur. 5. Ne sis avarus, ne vice Dei servias mammonae. 6. Ne sis inanis gloriae cupidus neque elatus neque altum sapiens: ex his quippe omnibus superbiae prodeunt; memento illius, qui dixit: *Domine, non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me, si non humiliter sentiebam.*

VII. Ne sis murmurator, memor poenarum, quas dederunt, qui Mosi obmurmurarunt. 2. Ne sis pervicax nec malitiosus nec duro corde nec iracundus nec pusilli animi; omnia enim haec ducunt ad blasphemiam. 3. Sis vero mitis, ut Moses et David, quandoquidem mites possidebunt terram.

VIII. Sis longanimis; qui enim talis est, *multus est in prudentia,* siquidem *pusillanimis vehementi stultitia tenetur.* 2. Sis misericos; *beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* 3. Esto innocens, quietus, bonus, tremens sermones Dei. 4. Non te exaltabis, ut Pharisaeus, *quia*

3. *πρᾶος ὡς Μωυσῆς*] Cf. Num. 12, 3. — *Δαβίδ*] Cf. Ps. 131, 1. VIII, 1. *πολὺς κτλ.*] Prov. 14, 29. Cf. Pseudoign. Her. 5, 2. 2. *μακάριοι*] Matth. 5, 7.

Φαρισαῖος, ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐν ἀνθρώποις βδέλυγμα παρὰ τῷ θεῷ. 5. Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος, ὅτι θρασὺς ἀνὴρ ἐμπεσεῖται εἰς κακά. 6. Οὐ συμπορεύσῃ μετὰ ἀφρόνων, ἀλλὰ μετὰ σοφῶν καὶ δικαίων· ὁ συμπορευόμενος γὰρ σοφοῖς σοφὸς ἔσται, ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι γνωσθήσεται. 7. Τὰ συμβαίνοντά σοι πάθη εὐμενῶς δέχου καὶ τὰς περιστάσεις ἀλύπως, εἰδώς, ὅτι μισθὸς παρὰ θεοῦ σοι δοθήσεται ὡς τῷ Ἰὼβ καὶ τῷ Λαζάρῳ.

IX. Τὸν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ δοξάσεις, μνησθήσῃ δὲ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός, τιμήσεις δὲ αὐτὸν οὐχ ὡς γενέσεως αἴτιον, ἀλλ᾽ ὡς τοῦ εὖ εἶναί σοι πρόξενον γινόμενον· ὅπου γὰρ ἡ περὶ θεοῦ διδασκαλία, ἐκεῖ ὁ θεὸς πάρεστιν. 2. Ἐκζητήσεις καθ᾽ ἡμέραν τὸ πρόσωπον τῶν ἁγίων, ἵν᾽ ἐπαναπαύῃ τοῖς λόγοις αὐτῶν.

X. Οὐ ποιήσεις σχίσματα πρὸς τοὺς ἁγίους, μνησθεὶς τῶν Κορειτῶν. Εἰρηνεύσεις μαχομένους ὡς Μωσῆς, συναλλάσσων εἰς φιλίαν. 2. Κρινεῖς δικαίως· τοῦ γὰρ κυρίου ἡ κρίσις. 3. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι ἐπὶ παραπτώματι, ὡς Ἠλίας καὶ Μιχαίας τὸν Ἀχαάβ, καὶ Ἀβδεμέλεχ ὁ Αἰθίοψ τὸν Σεδεκίαν, καὶ Νάθαν τὸν Δαβίδ, καὶ Ἰωάννης τὸν Ἡρώδην.

XI. Μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου, εἰ ἔσται ἢ οὔ· λέγει γὰρ ὁ κύριος ἐμοὶ Πέτρῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης· Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας. 2. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὴν χεῖρα, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συστέλλων.

XII. Ἐὰν ἔχῃς διὰ τῶν χειρῶν σου, δός, ἵνα ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου· ἐλεημοσύναις γὰρ καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. 2. Οὐ διστάσεις δοῦναι πτωχῷ, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ γάρ, τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ ἀνταποδότης. Ὁ ἐλεῶν γάρ, φησί, πτωχὸν κυρίῳ δανείζει, κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. 3. Οὐκ ἀποστραφήσῃ ἐνδεόμενον· Ὃς φράσσει γάρ, φησί, τὰ ὦτα αὐτοῦ μὴ εἰσακοῦσαι τοῦ δεομένου, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται

4. *πᾶς κτλ.*] Luc. 18, 14. — *τὸ ὑψηλόν*] Luc. 16, 15.

5. *θρασύς*] Prov. 13, 17.

6. 4 sq. *ὁ συμπορευόμενος — γνωσθήσεται* om Lagarde — *ὁ συμπορευόμενος κτλ.*] Prov. 13, 20.

7. *Ἰώβ*] Cf. Iob. 42. — *Λαζάρῳ*] Cf. Luc. 16.

IX, 1. *ὡς γενέσεως αἴτιον*] scilicet patrem vel matrem, qui infra c. 15 *αἴτιοι γενέσεως* appellantur. Cf. Pseudoign. Her. 4, 1.

X, 1. *Κορειτῶν*] Cf. Num. 16, 26—27. — *Μωσῆς*] Cf. Exod. 2, 13.

*omnis, qui se exaltat humiliabitur*, et *quod altum est in hominibus, abominatio est apud Deum.* 5. Non dabis animae tuae audaciam, quia vir *audax incidet in mala.* 6. Non gradieris cum insipientibus, sed cum sapientibus ac iustis; *qui* enim *graditur cum sapientibus*, *sapiens erit; qui vero graditur cum insipientibus*, *agnoscetur.* 7. Si tibi acciderint morbi et casus, placide eos accipito et absque aegritudine ferto, sciens, quod tibi a Deo dabitur merces sicut Iob et Lazaro.

IX. Eum, qui sermonem Dei tibi loquitur, coles, eiusque eris memor die ac nocte, honorabis autem eum non tamquam originis auctorem, sed tamquam illum, qui tibi ut bene esses conciliator exstitit; ubi enim doctrina de Deo, ibi Deus adest. 2. Exquires cotidie faciem sanctorum, ut acquiescas sermonibus eorum.

X. Non facies schismata adversum sanctos, memor Coritarum. Pacem inter dissidentes compones, ut Moses, eosque in amicitiam reconciliabis. 2. Iudicabis iuste; *Domini* enim *est iudicium.* 3. Non accipies personam in arguendo de peccato, ut Elias et Michaeas Achab arguerunt, et Abdimelech Aethiops Sedeciam, et Nathan David, et Ioannes Herodem.

XI. Ne sis duplici animo in precatione tua, utrum futurum sit an non; dixit enim Dominus mihi Petro in mari: *Modicae fidei, quare dubitasti?* 2. Noli ad accipiendum quidem manum porrigere, ad dandum vero contrahere.

XII. Si habes manibus tuis, da, ut opereris in redemptionem peccatorum tuorum; *eleemosynis* enim *ac fide purgantur peccata.* 2. Non dubitabis largiri pauperi, neque largiens murmurabis; cognosces enim, quis sit mercedis retributor. Ait quippe: *Qui miseretur pauperis, Domino faenerat, secundum autem datum illius, sic retribuetur ei.* 3. Ne avertas te ab indigente: *Qui obturat* enim, inquit, *aures suas, ne audiat egentem,*

2. *τ. κ. ἡ κρίσις*] Deut. 1, 17. Cf. 5, 2.

3. *Ἠλίας κτλ.*] Cf. III Reg. 18, 21. 22. — *Ἀβδεμέλεχ*] Cf. Ierem. 38. — *Ναθάν*] Cf. II Reg. 12. — *Ἰωάννης*] Cf. Matth. 14, 3—4.

XI, 1. *ὀλιγόπιστε*] Matth. 14, 31.

XII, 1. *ἐλεημοσύναις*] Prov. 16, 6. Cf. Pseudoign. Her. 5, 2.

2. *ὁ ἐλεῶν*] Prov. 19, 17.

3. 30. *καὶ αὐτός : αὐτὸς* Pitra. — *ὃς φράσσει*] Prov. 21, 13.

καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων αὐτοῦ. 4. Κοινωνήσεις εἰς πάντα τῷ ἀδελφῷ σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· κοινὴ γὰρ ἡ μετάληψις παρὰ θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις παρεσκευάσθη. 5. Οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος διδάξεις αὐτοὺς τὸν φόβον τοῦ θεοῦ. Παίδευε γάρ, φησί, τὸν υἱόν σου· οὕτω γὰρ ἔσται σοι εὔελπις.

XIII. Οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν θεὸν πεποιθόσιν ἐν πικρίᾳ ψυχῆς, μήποτε στενάξωσιν ἐπὶ σοὶ καὶ ἔσται σοι ὀργὴ παρὰ θεοῦ. 2. Καὶ ὑμεῖς, οἱ δοῦλοι, ὑποτάγητε τοῖς κυρίοις ὑμῶν ὡς τύποις θεοῦ ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ, ὡς τῷ κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις.

XIV. Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν καὶ πᾶν, ὃ ἐὰν ᾖ ἀρεστὸν κυρίῳ, ποιήσεις. 2. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίου, φυλάξεις δὲ ἃ παρέλαβες παρ᾽ αὐτοῦ, μήτε προστιθεὶς ἐπ᾽ αὐτοῖς μήτε ἀφαιρῶν ἀπ᾽ αὐτῶν· οὐ προσθήσεις γὰρ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε καὶ ψευδὴς γένῃ. 3. Ἐξομολογήσῃ κυρίῳ τῷ θεῷ σου τὰ ἁμαρτήματα σου καὶ οὐκ ἔτι προσθήσεις ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἵνα εὖ σοι γένηται παρὰ κυρίῳ τῷ θεῷ σου, ὃς οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν.

XV. Τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα θεραπεύσεις ὡς αἰτίους σοι γενέσεως, ἵνα γένῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς ἧς κύριος ὁ θεός σου δίδωσι σοι. 2. Τοὺς ἀδελφούς σου καὶ τοὺς συγγενεῖς σου μὴ ὑπερίδῃς· τοὺς γὰρ οἰκείους τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει.

XVI. Τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδώς, ὅτι τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ χειροτονία· τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ τιμήσεις ὡς λειτουργοὺς θεοῦ, ἔκδικοι γάρ εἰσιν πάσης ἀδικίας· οἷς ἀποτίσατε τέλος, φόρον καὶ πᾶσαν εἰσφορὰν εὐγνωμόνως.

XVII. Οὐ προσελεύσῃ ἐπὶ προσευχήν σου ἐν ἡμέρᾳ πονηρίας σου, πρὶν ἂν λύσῃς τὴν πικρίαν σου. 2. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς, ἧς γένοιτο ἐντὸς ὑμᾶς εὑρεθῆναι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

XVIII. Ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ θανάτου ἐστὶν ἐν πράξεσι πονηραῖς θεωρουμένη· 2. ἐν αὐτῇ γὰρ ἄγνοια θεοῦ καὶ πολλῶν θεῶν ἐπεισαγωγή, δι᾽ ὧν φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, ἐπιορκίαι, ἐπιθυμίαι παράνομοι,

5. *παίδευε*] Prov. 19, 18.

XIII, 2. *ὡς τῷ κυρίῳ κτλ.*] Eph. 6, 7.

XIV, 3. *ἐξομολογήσῃ*] Doctrina 14, 14 praemittit *ἐν ἐκκλησίᾳ*. Quae verba auctor ideo omisisse videtur, quia suo tempore confessio peccatorum publica nonnisi raro fiebat. Infra c. 30 confessionem peccatorum omisit, quam Doctrina 14, 1 in liturgia dominica celebranda postulat. — *οὐ προσθήσεις*] Prov. 30, 6. — *ἵνα*

*et ipse invocabit, et non erit, qui exaudiat eum.* 4. Communicabis omnia cum fratre tuo, et non dices propria esse; communis enim participatio a Deo omnibus hominibus praeparata fuit. 5. Non tolles manum tuam a filio tuo aut a filia tua, sed a iuventute doce eos timorem Dei. *Castiga* enim, inquit, *filium tuum; sic enim erit tibi bonae spei.*

XIII. Servo tuo aut ancillae, in eumdem Deum fiduciam habentibus, non imperabis in amaritudine animae, ne forte ingemiscant adversus te, et tibi ira a Deo incumbet. 2. Et vos servi, dominis vestris tamquam Deum repraesentantibus estote subiecti in reverentia et metu, *sicut Domino et non hominibus.*

XIV. Odio habebis omnem hypocrisim, et quidquid Domino fuerit placitum, facies. 2. Ne deseras mandata Domini, servabis autem, quae accepisti ab eo, neque addens in eis, neque detrahens ab eis. *Non addis* enim *verbis illius, ne arguat te et mendax fias.* 3. Confiteberis Domino Deo tuo peccata tua, et non amplius adicies ad ea, *ut bene sit tibi* a Domino Deo tuo, qui non vult mortem peccatoris, sed paenitentiam.

XV. *Patrem tuum et matrem coles* tamquam tibi ortus auctores, *ut fias longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi.* 2. Fratres tuos et cognatos tuos ne despicias; *domesticos* enim *seminis tui ne despexeris.*

XVI. Regem vereberis, sciens a Domino esse electionem; magistratus eius honorabis ut ministros Dei; vindices enim sunt omnis iniuriae; quibus grato animo exsolvite vectigal, tributum omnemque collationem.

XVII. Non accedas ad precationem tuam in die improbitatis tuae, priusquam amaritudinem tuam deponas. 2. Haec est via vitae, intra quam vos utinam inveniamini per Iesum Christum Dominum nostrum.

XVIII. Via autem mortis in pravis actionibus cernitur; 2. in ea enim est ignoratio Dei et introductio multorum deorum, per quos caedes, adulteria, scortationes, periuria, cupiditates

*εὖ σοι γ.*] Deut 4, 40; 5, 16. — *οὐ βούλεται*] Cf. Ezech. 18, 23. 32; 33, 11. II Petr. 3, 9.

XV, 1. *τὸν πατέρα*] Exod. 20, 12.

2. *τοὺς οἰκείους*] Ies. 58, 7.

XVI. Cf. Rom. 13, 1—7.

XVIII, 2. 31. *ἐπιθυμίαι παράνομοι* exhibet Pitra ante *πορνεῖαι*.

κλοπαί, εἰδωλολατρεῖαι, μαγίαι, φαρμακεῖαι, ἁρπαγαί, ψευδομαρτυρίαι, ὑποκρίσεις, διπλοκαρδίαι, δόλος, ὑπερηφανία, κακία, αὐθάδεια, πλεονεξία, αἰσχρολογία, ζηλοτυπία, θρασύτης, ὑψηλοφροσύνη, ἀλαζονεία, ἀφοβία, διωγμὸς ἀγαθῶν, ἀληθείας ἔχθρα, ψεύδους ἀγάπη, ἄγνοια δικαιοσύνης. 3. Οἱ γὰρ τούτων ποιηταὶ οὐ κολλῶνται ἀγαθῷ οὐδὲ κρίσει δικαίᾳ· ἀγρυπνοῦσιν οὐκ εἰς τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' εἰς τὸ πονηρόν· ὧν μακρὰν πραότης καὶ ὑπομονή· μάταια ἀγαπῶντες, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχόν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ὑπερόπται, πανθαμάρτητοι. Ῥυσθείητε, τέκνα, ἀπὸ τούτων ἁπάντων.

XIX. Ὅρα μή τίς σε πλανήσῃ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας· Οὐκ ἐκκλινεῖς γάρ, φησίν, ἀπ' αὐτῆς δεξιὰ ἢ εὐώνυμα, ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν οἷς ἐὰν πράσσῃς· οὐ γὰρ ἐὰν μὴ ἐκτραπῇς ἔξω τῆς εὐθείας ὁδοῦ, δυσσεβήσεις.

XX. Περὶ δὲ βρωμάτων λέγει σοι ὁ κύριος· Τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, καί· Πᾶν κρέας ἔδεσθε ὡς λάχανα χλόης, τὸ δὲ αἷμα ἐκχεεῖς· οὐ γὰρ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα, λέγω δὴ βλασφημίαι, καταλαλιαὶ καὶ εἴ τι τοιοῦτον. 2. Σὺ δὲ φάγῃ τὸν μυελὸν τῆς γῆς μετὰ δικαιοσύνης· ὅτι εἴ τι καλόν, αὐτοῦ, καὶ εἴ τι ἀγαθόν, αὐτοῦ· σῖτος νεανίσκοις καὶ οἶνος εὐωδιάζων παρθένοις· τίς γὰρ φάγεται ἢ τίς πίεται παρὲξ αὐτοῦ; Παραινεῖ δέ σοι καὶ ὁ σοφὸς Ἔσδρας λέγων· Πορεύεσθε καὶ φάγετε λιπάσματα καὶ πίετε γλυκάσματα καὶ μὴ λυπεῖσθε.

XXI. Ἀπὸ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων φεύγετε· ἐπὶ τιμῇ γὰρ δαιμόνων θύουσι ταῦτα, ἐφ' ὕβρει δηλαδὴ τοῦ μόνου θεοῦ, ὅπως μὴ γένησθε κοινωνοὶ δαιμόνων.

XXII. Περὶ δὲ βαπτίσματος, ὦ ἐπίσκοπε ἢ πρεσβύτερε, ἤδη μὲν καὶ πρότερον διετεξάμεθα, καὶ νῦν δέ φαμεν, ὅτι οὕτω βαπτίσεις, ὡς ὁ κύριος διετάξατο ἡμῖν λέγων· Πορευθέντες μαθητεύσατε

3. 5. *δικαίᾳ : δικαίῳ* Pitra.

XIX. 14. *οὐ γάρ, ἐὰν μὴ ἐκτρ. ἔξω : σὺ γάρ, ἐὰν ἐκτραπῇς* Lagarde — *οὐκ ἐκκλινεῖς*] Deut. 5, 32. Versum Doctrinae sequentem, quo Christianus admonetur, ut totum Domini iugum portet vel saltem faciat, quidquid possit, auctor omisit.

XX, 1. *τὰ ἀγαθὰ κτλ.*] Ies. 1, 19. — *πᾶν κρέας*] Gen. 9, 3. Pseudoignatius Her. 1, 2 similiter hos duos locos et Zach. 9, 7 et Eccles. 2, 25 (v. 2) exhibet. — *τὸ δὲ αἷμα ἐκχ.*] Deut. 15, 23. — *οὐ γὰρ κτλ.*] Matth. 15, 11. 19.

2. 23 sq. *παραινεῖ — λυπεῖσθε* om

iniquae, furta, idololatriae, magiae, praestigiae, rapinae, falsa testimonia, simulationes, corda duplicia, dolus, superbia, malitia, pervicacia, avaritia, turpiloquium, zelotypia, feritas, elatio mentis, ostentatio, timoris vacuitas, bonorum vexatio, veritatis odium, mendacii amor, ignorantia iustitiae. 3. Qui enim haec faciunt, non adhaerent bono neque iusto iudicio; vigilant non ad bonum, sed ad malum; a quibus longe est mansuetudo et patientia; qui vana diligunt, consectantur remunerationem, non miserantur pauperem, non dolent de afflicto, non agnoscent creatorem suum, interfectores liberorum, per embryonis caedem corruptores plasmatis Dei, aversantes egenum, opprimentes calamitosum, divitum advocati, pauperum contemptores, omni ex parte peccatores. Liberemini, filii, ab his omnibus.

XIX. Vide, ne quis te faciat aberrare a pietate. *Non declinabis* enim, inquit, *ab ea ad dexteram vel ad sinistram,* ut intellegas in omnibus, quae feceris; nisi enim a via recta deflectas, non eris impius.

XX. De cibis vero tibi ait Dominus: *Bona terra comedetis,* et: *Omnem carnem edetis ut olera herbae; sanguinem vero effundes*; *non* enim *quae intrant in os, coinquinant hominem, sed quae ex ore procedunt, blasphemiae,* inquam, obtrectationes, et si quid huiusmodi. 2. Tu vero *comede medullam terrae* in iustitia, *quoniam si quid pulcrum, eius est, et si quid bonum, eiusdem; frumentum iuvenibus et vinum odoratum virginibus. Quis enim comedet aut quis bibet sine ipso?* Sed et admonet te sapiens Esdras, dicens: *Ite et comedite pinguedines, et bibite dulcedines, et nolite contristari.*

XXI. Porro ab immolatis simulacrorum abstinete; in honorem enim daemonum immolant ea, ad contumeliam scilicet solius Dei, *ne efficiamini participes daemonum.*

XXII. De baptismo autem, episcope vel presbyter, iam quidem antea constituimus; et nunc vero dicimus, quod ita baptizabis, sicut Dominus iniunxit nobis dicens: *Euntes, docete omnes*

Lagarde — *φάγῃ κτλ.*] Gen. 45, 18. — *ὅτι εἴ τι*] Zach. 9, 17. — *τίς γάρ*] Eccles. 2, 25. — *πορεύεσθε*] II Esdr. 8, 10.

XXI. *ἐπὶ τ. γ. δαιμόνων — κοινωνοὶ δαιμ.*] I Cor. 10, 20.

XXII, 1. *πρότερον*] Cf. Constit. apost. II, 7; III, 9—11; 15—18; V,

πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· τοῦ ἀποστείλαντος πατρός, τοῦ ἐλθόντος Χριστοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος παρακλήτου. 2. Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ ἁγίῳ, ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι καὶ τὸ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ, ἵνα τὸ μὲν χρῖσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν. Εἰ δὲ μήτε ἔλαιον ᾖ μήτε μύρον, ἀρκεῖ τὸ ὕδωρ καὶ πρὸς χρῖσιν καὶ πρὸς σφραγῖδα καὶ πρὸς ὁμολογίαν τοῦ ἀποθανόντος ἤτοι συναποθνήσκοντος. 3. Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος· καὶ γὰρ ὁ κύριος πρῶτον βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου καὶ εἰς τὴν ἔρημον αὐλισθείς, μετέπειτα ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας. 4. Ἐβαπτίσθη δὲ καὶ ἐνήστευσεν, οὐκ αὐτὸς ἀπορυπώσεως ἢ νηστείας χρείαν ἔχων ἢ καθάρσεως, ὁ τῇ φύσει καθαρὸς καὶ ἅγιος, ἀλλ' ἵνα καὶ Ἰωάννῃ ἀλήθειαν προσμαρτυρήσῃ καὶ ἡμῖν ὑπογραμμὸν παράσχηται. 5. Οὐκοῦν ὁ μὲν κύριος οὐκ εἰς ἑαυτοῦ πάθος ἐβαπτίσατο ἢ θάνατον ἢ ἀνάστασιν, οὐδέπω γὰρ οὐδὲν τούτων ἐγεγόνει, ἀλλ' εἰς διάταξιν ἑτέραν, διὸ καὶ ἀπ' ἐξουσίας μετὰ τὸ βάπτισμα νηστεύει ὡς κύριος Ἰωάννου· 6. ὁ δὲ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον μυούμενος πρότερον ὀφείλει νηστεῦσαι καὶ τότε βαπτίσασθαι, οὐ γὰρ δίκαιον τὸν συνταφέντα καὶ συναναστάντα παρ' αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν κατηφεῖν· οὐ γὰρ κύριος ὁ ἄνθρωπος τῆς διατάξεως τῆς τοῦ σωτῆρος, ἐπείπερ ὁ μὲν δεσπότης, ὁ δὲ ὑπήκοος.

XXIII. Αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν, νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ. Ὑμεῖς δὲ ἢ τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας, ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν· ὅτι τῇ μὲν τετράδι ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ κυρίου, Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγειλαμένου τὴν προδοσίαν· τὴν δὲ παρασκευήν, ὅτι ἔπαθεν ὁ κύριος ἐν αὐτῇ πάθος τὸ διὰ σταυροῦ ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου. 2. Τὸ σάββατον μέντοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, τὸ δὲ

16. — *πορευθέντες*] Matth. 28, 19.

2. 8. *ἔλαιον ᾖ : ἔλαιον, ἢ* Pitra | *τὸ ὕδωρ : ὕδωρ* Pitra. — De oleo et unguento ad baptismum administrandum adhibendo Doctrina nihil dicit.

3. *ν. ὁ βαπτιζόμενος*] Doctrina 7, 4 baptizantem quoque ieiunare iubet. — *ὁ κύριος*] Cf. Matth. 3, 4.

6. *εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον μ.*] Cf. Rom. 6, 4. — *τὸν συνταφέντα κτλ.*] Cf. Col. 2, 12.

XXIII, 1. *τὰς πέντε ἡμέρας*] scilicet hebdomadis dies praeter sab-

*gentes*, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti; *docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis:* in nomine patris, qui misit, Christi, qui venit, paracleti, qui testimonium perhibuit. 2. Unges autem prius oleo sancto, deinde baptizabis aqua; et tandem signabis unguento, ut oleum quidem sit participatio spiritus sancti, aqua vero symbolum mortis, unguentum autem sigillum pactionum. Quodsi neque oleum adsit neque unguentum, sufficit aqua et ad unctionem et ad sigillum et ad confessionem morientis seu commorientis. 3. Ante autem baptisma ieiunet, qui baptizatur; etenim Dominus primum a Ioanne baptizatus et in deserto commoratus, postea ieiunavit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. 4. Baptizatus autem fuit ac ieiunavit, non quod ipse opus haberet ablutione sordium vel ieiunio vel purgatione, qui natura purus et sanctus est, sed ut Ioanni veritatem attestaretur et nobis exemplum praeberet. 5. Igitur Dominus non quidem baptizatus est in passionem suam vel mortem vel resurrectionem; nondum enim quidpiam horum acciderat, sed in aliam ordinationem, quapropter ex potestate ieiunat post baptisma ut dominus Ioannis; 6. qui vero in mortem illius per baptismum initiatur, debet prius ieiunare et tum baptizari. Aequum quippe non est, ut is, qui consepultus est et consurrexit, sub ipsam resurrectionem maereat. Non enim homo constitutionis ad servatorem pertinentis dominus est: quandoquidem hic dominus est, ille vero subiectus.

XXIII. Ieiunia vero vestra ne sint cum hypocritis; ieiunant enim secunda et quinta sabbatorum. Vos vero aut quinque diebus ieiunanto aut quarta feria et parasceve: quoniam quarto quidem hebdomadis die iudicium Dominum condemnans prodiit, cum Iudas pecunia proditionem esset pollicitus; parasceve autem, quia eo die Dominus mortem crucis passus est sub Pontio Pilato. 2. Atqui sabbatum et dominicam festos dies habete, quia illud quidem creationis recordatio est, hoc vero resurrectionis. 3. Unum

batum ac dominicam. Similiter Augustinus Ep. 36 n. 8 ad Casul. multos, praesertim monachos, quinquies in hebdomade ieiunare dicit. Basilius M. Hom. de ieiun. I, 7 πενθημέρους σπουδάς commemorans non cuiuslibet hebdomadis, sed Quadragesimae dies designare videtur.

2. 31. τὸ δέ: ἡ δέ Pitra. — Pseudoignatius Philipp. 13, 3 non tam sab-

ἀναστάσεως. 3. Ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν· ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ δημιουργὸς ὑπὸ γῆν τυγχάνει, ἰσχυρότερον τὸ περὶ αὐτοῦ πένθος τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν χαρᾶς, ὅτι ὁ δημιουργὸς τῶν ἑαυτοῦ δημιουργημάτων φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τιμιώτερος.

XXIV. Ὅταν δὲ προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί, ἀλλ' ὡς ὁ κύριος ἡμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διετάξατο, οὕτω προσεύχεσθε· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. 2. Τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε, προπαρασκευάζοντες ἑαυτοὺς ἀξίους τῆς υἱοθεσίας τοῦ πατρός, ἵνα μὴ ἀναξίως ὑμῶν αὐτὸν πατέρα καλούντων ὀνειδισθῆτε ὑπ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ὁ Ἰσραὴλ ὅ ποτε πρωτότοκος υἱὸς ἤκουσεν, ὅτι Εἰ πατήρ εἰμι ἐγώ, ποῦ ἔστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι, ποῦ ἔστιν ὁ φόβος μου; 3. Δόξα γὰρ πατέρων ὁσιότης παίδων καὶ τιμὴ δεσποτῶν οἰκετῶν φόβος, ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον ἀδοξία καὶ ἀναρχία· Δι' ὑμᾶς γάρ, φησί, τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

XXV. Γίνεσθε δὲ πάντοτε εὐχάριστοι, ὡς πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες δοῦλοι, περὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας οὕτω λέγοντες· 2. Εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ ζωῆς ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου, δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησας καὶ τῶν ὅλων προνοεῖς, ὃν καὶ ἀπέστειλας ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ γενέσθαι ἄνθρωπον, ὃν καὶ συνεχώρησας παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν, ὃν καὶ ἀναστήσας εὐδόκησας δοξάσαι καὶ ἐκάθισας ἐκ δεξιῶν σου, δι' οὗ καὶ ἐπηγγείλω ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν. 3. Σύ, δέσποτα παντοκράτορ, θεὲ αἰώνιε, ὥσπερ ἦν τοῦτο διεσκορπισμένον καὶ συναχθὲν ἐγένετο εἷς ἄρτος, οὕτω συνάγαγέ σου τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν. 4. Ἔτι εὐχαριστοῦμεν, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ τιμίου αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τοῦ τιμίου σώματος, οὗ καὶ ἀντίτυπα

batum et dominicam dies festos haberi iubet, quam condemnat eos, qui diebus illis ieiunant, uno sabbato excepto.

XXIV, 1. 13. *καὶ ἡ δ. καὶ ἡ δόξα*] om Pitra.

vero dumtaxat sabbatum vobis observandum est in toto anno, illud, quo Dominus sepultus fuit, quo ieiunare decuit, non autem festum agere. Quamdiu enim creator sub terra degit, plus valet luctus de eo susceptus quam laetitia de creatione, quoniam creator creaturis suis natura ac dignitate praestat.

XXIV. Cum autem oraveritis, ne sitis quemadmodum hypocritae; sed sicut Dominus nobis in Evangelio praecepit, ita orate: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra; panem nostrum cotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, quia tuum est regnum et virtus et gloria in saecula. Amen. 2. Ter in die sic orate, et praeparate vos, ut sitis digni adoptione patris, ne, si eum indigne patrem appelletis, probrum ab eo referatis, sicut et Israël, qui olim erat primogenitus filius, audivit: *Si pater ego sum, ubi est honor meus, et si Dominus sum, ubi est timor meus?* 3. Gloria enim patrum est sanctitas filiorum, et honor herorum famulorum metus, quemadmodum utique quod contrarium est, despectio et imperii abiectio censetur. *Propter vos* enim, inquit, *nomen meum blasphematur in gentibus.*

XXV. Estote autem semper ad gratias agendas intenti, ut fideles et grati servi, de eucharistia quidem ita dicentes: 2. Gratias agimus tibi, pater noster, pro vita, quam manifestasti nobis per Iesum filium tuum, per quem tum omnia creasti, tum universis provides, quem et misisti, ut ad salutem nostram homo fieret; quem etiam permisisti pati et mori; quem et resuscitans glorificare voluisti, et sedere fecisti ad dexteram tuam, per quem et promisisti nobis resurrectionem mortuorum. 3. Tu, Domine omnipotens, Deus aeterne: quemadmodum hoc erat dispersum et cum fuit congregatum, factus est unus panis, ita congrega ecclesiam tuam a finibus terrae in regnum tuum. 4. Adhuc gratias agimus, pater noster, pro pretioso sanguine Iesu Christi, qui effusus est nostra causa, et pro pretioso corpore, cuius et

2. *εἰ πατὴρ κτλ.*] Malach. 1, 6.
3. *δι' ὑμᾶς*] Ies. 52, 5.
XXV, 1. *δι' οὗ — προνοεῖς*] Eadem verba habet Pseudoignatius Philad. 9, 2.

ταῦτα ἐπιτελοῦμεν, αὐτοῦ διαταξαμένου ἡμῖν καταγγέλλειν τὸν αὐτοῦ θάνατον· δι' αὐτοῦ γάρ σοι καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. 5. Μηδεὶς δὲ ἐσθιέτω ἐξ αὐτῶν τῶν ἀμυήτων, ἀλλὰ μόνοι οἱ βεβαπτισμένοι εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον. 6. Εἰ δέ τις ἀμύητος κρύψας ἑαυτὸν μεταλάβῃ, κρίμα αἰώνιον φάγεται, ὅτι μὴ ὢν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως μετέλαβεν ὧν οὐ θέμις, εἰς τιμωρίαν ἑαυτοῦ· εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μεταλάβοι, τοῦτον τάχιον στοιχειώσαντες μυήσατε, ὅπως μὴ καταφρονητὴς ἐξέλθοι.

XXVI. Μετὰ δὲ τὴν μετάληψιν οὕτως εὐχαριστήσατε· 2. Εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου οὗ κατεσκήνωσας ἐν ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ πίστεως καὶ ἀγάπης καὶ ἀθανασίας ἧς ἔδωκας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. 3. Σύ, δέσποτα παντοκράτορ, ὁ θεὸς τῶν ὅλων, ὁ κτίσας τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ δι' αὐτοῦ, καὶ νόμον κατεφύτευσας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν καὶ τὰ πρὸς μετάληψιν προευτρέπισας ἀνθρώποις· ὁ θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, τῶν πιστῶν δούλων σου· ὁ δυνατὸς θεός, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδὴς ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις· ὁ ἀποστείλας ἐπὶ γῆς Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου ἀνθρώποις συναναστραφῆναι ὡς ἄνθρωπον, θεὸν ὄντα λόγον καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν πλάνην πρόρριζον ἀνελεῖν· 4. αὐτὸς καὶ νῦν δι' αὐτοῦ μνήσθητι τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας ταύτης, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ῥῦσαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ τελείωσον αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, καὶ συνάγαγε πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας αὐτῇ. 5. Μαρὰν ἀθά· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, θεὸς κύριος ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκί. 6. Εἴ τις ἅγιος, προσερχέσθω· εἰ δέ τις οὐκ ἔστι, γινέσθω διὰ μετανοίας. Ἐπιτρέπετε δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ὑμῶν εὐχαριστεῖν.

XXVII. Περὶ δὲ τοῦ μύρου οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, θεὲ δημιουργὲ τῶν ὅλων, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀθανάτου αἰῶνος οὗ ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ

4. *καταγγέλλειν — θάνατον*] I Cor. 11, 26.
6. *κρίμα αἰ. φάγεται*] I Cor. 11, 29.
XXVI, 1. 10 sq. *ὀνόματός σου* om Pitra.
2. *ὁ θεὸς τῶν ὅλων*] Sic Deus pater in Constitutionibus apostolorum saepius vocatur. Cf. V, 7 extr.; VI, 7 init.; VII, 38. 39. 43. 44; VIII, 9. 10.
4. 24. *αὐτῇ : αὐτήν* Pitra.

haec antitypa celebramus, cum ipse nobis constituerit *mortem illius annuntiare;* per ipsum enim tibi etiam gloria in saecula. Amen. 5. Nullus porro eorum, qui initiati non sunt, ex eis comedat; sed soli ei, qui baptizati fuerunt in Domini mortem. 6. Si quis vero non initiatus celaverit se ipsum et sic communicaverit, *iudicium manducat* aeternum, quod non addictus fidei in Christum sumpsit, quae fas non erat, in supplicium suum. Si quis autem per ignorantiam participaverit, hunc cito instruite ac baptismo initiate, ne contemptor exeat.

XXVI. Post communionem vero sic gratias agite: 2. Gratias agimus tibi, Deus et pater Iesu salvatoris nostri, pro sancto nomine tuo, quod habitare fecisti in nobis, et pro cognitione et fide et caritate et immortalitate, quae dedisti nobis per Iesum Christum filium tuum. 3. Tu, Domine omnipotens, Deus universorum, qui creasti mundum et quae sunt in eo per ipsum, et legem inseruisti in animabus nostris, et victui accommoda praeparasti hominibus; Deus sanctorum et inculpatorum patrum nostrorum, Abraham et Isaac et Iacob, fidelium servorum tuorum, Deus potens, fidelis et verax et in promissis non mendax, qui misisti in terram Iesum Christum tuum, ut cum hominibus conversaretur tamquam homo, cum sit et Deus verbum et homo, et errorem radicitus evelleret; 4. ipse et nunc per eum memento huiusce sanctae ecclesiae tuae, quam acquisisti pretioso sanguine Christi tui; atque eam ab omni malo libera, et perfice illam in caritate tua et veritate tua, et nos omnes congrega in regnum tuum, quod praeparasti ei. 5. Maran atha. Hosanna filio David. *Benedictus, qui venit in nomine Domini*, Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. 6. Si quis sanctus est, accedat; si quis vero talis non est, fiat per paenitentiam. Committite autem et presbyteris vestris, ut gratias agant.

XXVII. Pro unguento autem hunc in modum gratias agite: Gratias agimus tibi, Deus creator omnium, etiam pro fragrantia unguenti et pro immortali saeculo, quod notificasti nobis per

5. *εὐλογημένος*] Matth. 21, 9.

6. *πρεσβυτέροις*] i. e. presbyteris, non solum episcopo. Doctrina 10, 7 prophetas gratias agere sinit, quantas velint.

XXVII, 1. *περὶ τ. μύρου*] Doctrina nihil dicit.

τοῦ παιδός σου· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ δύναμις εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

2. Ὃς ἐὰν ἐλθὼν οὕτως εὐχαριστῇ, προσδέξασθε αὐτὸν ὡς Χριστοῦ μαθητήν· ἐὰν δὲ ἄλλην διδαχὴν κηρύσσῃ παρ' ἣν ὑμῖν παρέδωκεν ὁ Χριστὸς δι' ἡμῶν, τῷ τοιούτῳ μὴ συγχωρεῖτε εὐχαριστεῖν· ὑβρίζει γὰρ ὁ τοιοῦτος τὸν θεόν, ἤπερ δοξάζει.

XXVIII. Πᾶς δὲ ὁ ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, δοκιμασθείς, οὕτω δεχέσθω· σύνεσιν γὰρ ἔχετε, καὶ δύνασθε γνῶναι δεξιὰν ἢ ἀριστερὰν καὶ διακρῖναι ψευδοδιδασκάλους διδασκάλων. 2. Ἐλθόντι μέντοι τῷ διδασκάλῳ ἐκ ψυχῆς ἐπιχορηγήσατε τὰ δέοντα· τῷ δὲ ψευδοδιδασκάλῳ δώσετε μὲν τὰ πρὸς χρείαν, οὐ παραδέξεσθε δὲ αὐτοῦ τὴν πλάνην οὔτε μὴν συμπροσεύξησθε αὐτῷ, ἵνα μὴ συμμιανθῆτε αὐτῷ. 3. Πᾶς προφήτης ἀληθινὸς ἢ διδάσκαλος ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς ἄξιός ἐστι τῆς τροφῆς ὡς ἐργάτης λόγου δικαιοσύνης.

XXIX. Πᾶσαν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ, ἅλωνος βοῶν τε καὶ προβάτων δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν, ἵνα εὐλογηθῶσιν αἱ ἀποθῆκαι τῶν ταμείων σου καὶ τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ στηριχθῇς σίτῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ αὐξηθῇ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου καὶ τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου· πᾶσαν δεκάτην δώσεις τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ, τῷ πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ. 2. Πᾶσαν ἀπαρχὴν ἄρτων θερμῶν, κεραμίου οἴνου ἢ ἐλαίου ἢ μέλιτος ἢ ἀκροδρύων, σταφυλῆς ἢ τῶν ἄλλων τὴν ἀπαρχὴν δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν· ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ καὶ παντὸς κτήματος τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ.

XXX. Τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμέραν, τὴν κυριακήν φαμεν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως, εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ' οἷς εὐηργέτησεν ἡμᾶς ὁ θεὸς διὰ Χριστοῦ, ῥυσάμενος ἀγνοίας, πλάνης, δεσμῶν· 2. ὅπως ἄμεμπτος ᾖ ἡ θυσία ὑμῶν καὶ εὐανάφορος θεῷ, τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ὅτι Ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα καὶ θυσία καθαρά· ὅτι βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

XXXI. Προχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ κυρίου καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἄνδρας εὐλαβεῖς, δικαίους, πραεῖς, ἀφιλαργύρους,

2. Post hunc versum Doctrina 11, 3—12 de apostolis suscipiendis et prophetis diiudicandis agit. Auctor sectionem totam velut pro ratione temporis supervacaneam praetermisit. Uno tantum verbo XXVIII, 3 prophetam respicit, Doctrinam 13, 1 repetens.

XXVIII. Cf. Doctrina 12, 1; 13, 1—2.

XXIX, 1. *τ. ἱερεῦσιν*] *τοῖς προφή-*

Iesum filium tuum, quoniam ad te pertinet gloria et potestas in saecula. Amen.

2. Qui accedens hoc modo gratias egerit, recipite illum ut discipulum Christi; sin vero aliam doctrinam praedicet praeter eam, quam vobis per nos Christus tradidit, huic ne permittatis gratias agere; is enim contumelia afficit Deum potius quam honorat.

XXVIII. Quicumque vero ad vos venit, probetur et sic admittatur: intellegentiam enim habetis, et potestis agnoscere dexteram vel sinistram atque discernere falsos doctores a doctoribus. 2. Venienti sane doctori ex animo suppeditate necessaria; falso autem doctori tribuetis quidem, quae opus sunt; at non recipietis errorem illius neque etiam una cum eo oretis, ne eius societate inquinemini. 4. Omnis propheta verus vel magister, qui venit ad vos, dignus est cibo ut operarius sermonis iustitiae.

XXIX. Omnes primitias provenientes e torculari, area et bobus atque ovibus, dabis sacerdotibus, ut *benedicantur reposita* in cellariis tuis et *fructus terrae tuae, utque innitaris frumento et vino et oleo, augeanturque armenta boum tuorum et greges ovium tuarum;* omnem decimam dabis pupillo ac viduae, pauperi et advenae. 2. Omnes primitias panum calidorum, urcei vini vel olei vel mellis vel fructuum arborum, uvae vel aliarum rerum primitias dabis sacerdotibus, argenti vero et vestimenti omnisque possessionis orphano ac viduae.

XXX. Die resurrectionis Domini, hoc est, dominica, convenite assidue, gratias agentes Deo et confitentes de beneficiis, quae in vos contulit Deus per Christum, liberans ab ignorantia, errore, vinculis, 2. ut sacrificium vestrum sit irreprehensum et Deo acceptum, qui dixit de ecclesia sua oecumenica: In omni loco mihi offeretur incensum et sacrificium mundum; quia rex magnus ego sum, dicit Dominus omnipotens, et nomen meum admirabile in gentibus.

XXXI. Eligite autem episcopos dignos Domino, et presbyteros ac diaconos, viros pios, iustos, mites, non avaros, amantes

ταις Doctr. 13, 3. — *εὐλογ. αἱ ἀποθῆκαι κτλ.*] Deut. 7, 13; 28, 4. 5. Gen. 27, 37.

XXX. Cf. Doctr. 14.

φιλαλήθεις, δεδοκιμασμένους, ὁσίους ἀπροσωπολήπτους, δυναμένους διδάσκειν τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας ὀρθοτομοῦντας ἐν τοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν. 2. Ὑμεῖς δὲ τιμᾶτε τούτους ὡς πατέρας, ὡς κυρίους, ὡς εὐεργέτας, ὡς τοῦ εὖ εἶναι αἰτίους.

3. Ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους, μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν μακροθυμίᾳ μετὰ χρηστότητος καὶ εἰρήνης 4. Πάντα τὰ προστεταγμένα ὑμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου φυλάξατε. 5. Γρηγορεῖτε ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν. Ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἥξει, ἑσπέρας ἢ πρωὶ ἢ ἀλεκτοροφωνίας ἢ μεσονυκτίου· ᾗ γὰρ ὥρᾳ οὐ προσδοκῶσιν, ἐλεύσεται ὁ κύριος, καὶ ἐὰν αὐτῷ ἀνοίξωσι, μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, ὅτι εὑρέθησαν γρηγοροῦντες· ὅτι περιζώσεται καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. 6. Νήφετε οὖν καὶ προσεύχεσθε μὴ ὑπνῶσαι εἰς θάνατον· οὐ γὰρ ὀνήσει ὑμᾶς τὰ πρότερα κατορθώματα, ἐὰν εἰς τὰ ἔσχατα ὑμῶν ἀποπλανηθῆτε τῆς πίστεως τῆς ἀληθοῦς.

XXXII. Ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ φθορεῖς τοῦ λόγου, καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους καὶ ἡ ἀγάπη εἰς μῖσος· πληθυνθείσης γὰρ τῆς ἀνομίας ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν, μισήσουσι γὰρ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι καὶ διώξουσι καὶ προδώσουσι. 2. Καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλάνος, ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρός, ὁ τοῦ ψεύδους προστάτης, ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ ὁ διὰ χειλέων ἀναιρῶν ἀσεβῆ· καὶ πολλοὶ σκανδαλισθήσονται ἐπ' αὐτῷ, οἱ δὲ ὑπομείναντες εἰς τέλος, οὗτοι σωθήσονται. 3. Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ, εἶτα φωνὴ σάλπιγγος ἔσται δι' ἀρχαγγέλου καὶ μεταξὺ ἀναβίωσις τῶν κεκοιμημένων· 4. καὶ τότε ἥξει ὁ κύριος καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ ἐν συσσεισμῷ ἐπάνω τῶν νεφελῶν μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου βασιλείας, κατακρῖναι τὸν κοσμοπλάνον διάβολον καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. 5. Τότε ἀπελεύσονται οἱ μὲν πονηροὶ εἰς αἰώνιον κόλασιν, οἱ δὲ δίκαιοι πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, κληρονομοῦντες ἐκεῖνα, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ χαρήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

XXXI, 1. *τ. λόγον κτλ.*] II Tim. 2, 15.
5. *ἔστωσαν κτλ.*] Auctor Luc. 12, 35—37 et Marc. 13, 35 in unum conflavit.
6. *νήφετε κ. προσεύχεσθε*] Cf. Matth.

veritatis, probatos, sanctos, non acceptores personarum, qui valeant docere *sermonem pietatis recte tractantes* in dogmatibus Domini. 2. Vos vero hos honorate ut patres, ut dominos, ut beneficos, ut auctores quod bene estis.

3. Arguite etiam vos mutuo, non in ira, sed in aequanimitate, cum benignitate ac pace. 4. Omnia vobis a Domino praecepta servate. 5. Vigilate pro vita vestra. *Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniet, vespere vel mane vel galli cantu vel media nocte;* qua enim hora non exspectant, veniet Dominus, *et ei si aperuerint, beati servi illi, quia inventi sunt vigilantes, quoniam praecinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis.* 6. *Vigilate igitur et orate,* ne dormiatis in mortem; non enim iuvabunt vos priora recte facta, si in extremis vestris a fide vera aberraveritis.

XXXII. In ultimis enim diebus multiplicabuntur falsi prophetae et corruptores sermonis, et convertentur oves in lupos et caritas in odium; nam multiplicata iniquitate refrigescet caritas multorum; homines enim se invicem odio habebunt et persequentur et prodent. 2. Ac tunc apparebit orbis deceptor, inimicus veritatis; propugnator mendacii, quem *spiritu oris sui interficiet* Dominus Iesus, qui *per labia interimet impium.* Et multi scandalum patientur in eo; *qui autem perseveraverint usque in finem, hi salvi erunt.* 3. Tuncque apparebit signum filii hominis in caelo, deinde vox tubae erit *per archangelum* et interea reviviscent, qui dormierunt; 4. et tunc veniet Dominus ac omnes sancti cum eo in terrae motu super nubes *cum angelis* virtutis suae in solio regni, ut condemnet orbis deceptorem diabolum *et reddat unicuique secundum opera eius.* 5. *Tunc abibunt mali quidem in aeternum supplicium, iusti autem ibunt in vitam aeternam,* hereditatem adeuntes eorum, *quae oculus non vidit et auris non audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quae praeparavit Deus eis, qui diligunt illum;* et gaudebunt in regno Dei, quod est in Christo Iesu.

26, 41. Marc. 14, 38.
XXX, 2. *ἀνελεῖ κτλ.*] Ies. 11, 4. — *οἱ δὲ ὑπομείναντες*] Matth. 24, 13.
4. *καὶ ἀποδοῦναι*] Matth. 16, 27.
5. *τότε ἀπελεύσονται*] Matth. 25, 46. — *ἃ ὀφθαλμός*] I Cor. 2, 9.

# BARNABAE
## EXPOSITIO DUARUM VIARUM.

XVIII. Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν *καὶ διδαχήν*. *Ὁδοὶ δύο εἰσὶν* διδαχῆς καὶ ἐξουσίας, ἥ τε τοῦ φωτὸς καὶ ἡ τοῦ σκότους. *Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν.* Ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσιν τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ σατανᾶ. 2. Καὶ ὁ μέν ἐστιν κύριος ἀπ' αἰώνων καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τοῦ νῦν τῆς ἀνομίας.

XIX. *Ἡ οὖν ὁδὸς* τοῦ φωτός *ἐστιν αὕτη·* ἐάν τις θέλων ὁδὸν ὁδεύειν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, σπεύσῃ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶσις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ τοιαύτη. 2. *Ἀγαπήσεις τόν σε ποιήσαντα*, φοβηθήσῃ τόν σε πλάσαντα, δοξάσεις τόν σε λυτρωσάμενον ἐκ θανάτου· ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ καὶ πλούσιος τῷ πνεύματι· οὐ κολληθήσῃ μετὰ τῶν πορευομένων ἐν ὁδῷ θανάτου, *μισήσεις πᾶν, ὃ οὐκ ἔστιν ἀρεστὸν τῷ θεῷ*,

XVIII, 1. Vocem *διδαχήν* characteribus mutatis dedi, quia Barnabas eam e fonte suo vel inscriptione Doctrinae apostolorum deprompsisse videtur. Epistulae Barnabae enim capita XVIII—XX recudens ea, quae in hac scriptura leguntur ex eaque repetenda sunt, litteris obliquis expressi. — *ὁδοὶ δύο κτλ.*] Cf. D (Doctrina apost.) 1, 1. — *φωτὸς καὶ σκότους*] Hae voces, quas Barnabas vocibus *ζωῆς καὶ θανάτου* substituit, in S. Scriptura et praesertim in scripturis S. Ioannis saepe leguntur. Cf. Iob. 12, 25. Ioann. 1, 4—9; 3, 19. II Cor. 6, 14. I Ioann. 1, 5—7.

XIX, 1. Cf. D 1, 2.

2. *ἀγαπήσεις κτλ.*] D 1, 2. Barnabas *τὸν θεόν* post *ἀγαπήσεις* delevit, plura autem addidit. — *φοβηθήσῃ . . δοξάσεις*] Sirach verbis 7, 30 *ἐν ὅλῃ δυνάμει ἀγάπησον τὸν ποιήσαντά σε καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλίπῃς* 7, 31 confestim addit: *φοβοῦ τὸν κύριον, καὶ δόξασον ἱερέα.* — *ἁπλοῦς τ. κ.*] Eph. 6, 5 et Col. 3, 22 *ἁπλότης τῆς καρδίας* commemoratur. — *πλούσιος τ. πν.*] Matth. 5, 3 praedicantur *οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι.* — *μισήσεις κτλ.*] D 4, 12. Barnabas

μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν· οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίου. 3. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτόν, ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων κατὰ πάντα· οὐκ ἀρεῖς ἐπὶ σεαυτὸν δόξαν. Οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τοῦ πλησίον σου· οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος. 4. Οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ παιδοφθορήσεις. Οὐ μή σου ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τινῶν. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι τινὰ ἐπὶ παραπτώματι. Ἔσῃ πραΰς, ἔσῃ ἡσύχιος, ἔσῃ τρέμων τοὺς λόγους, οὓς ἤκουσας. Οὐ μνησικακήσεις τῷ ἀδελφῷ σου. 5. Οὐ μὴ διψυχήσῃς, πότερον ἔσται ἢ οὔ. Οὐ μὴ λάβῃς ἐπὶ ματαίῳ τὸ ὄνομα κυρίου. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. Οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ, οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀποκτενεῖς. Οὐ μὴ ἄρῃς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον κυρίου. 6. Οὐ μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου, οὐ μὴ γένῃ πλεονέκτης· οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ ταπεινῶν καὶ δικαίων ἀναστραφήσῃ. Τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄνευ θεοῦ οὐδὲν γίνεται. 7. Οὐκ ἔσῃ διγνώμων οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Ὑποταγήσῃ κυρίοις ὡς τύπῳ

membra invertit, pro *κυρίῳ* posuit *θεῷ*, *μισήσεις* iteravit. — *οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς κτλ.*] D 4, 13.

3. *οὐχ ὑψ. σ.*] D 3, 9. — *οὐ λήψῃ κτλ.*] D 2, 6. — *οὐ δώσεις*] D 3, 9. Barnabas in hoc versu inter sententias Doctrinae duas inter se coniunctas similesque tertiam eamque dissimilem et ex alio loco desumptam inseruit; primam sententiam insuper amplificavit. Doctrina ergo ordinem sententiarum magis consentaneum habet.

4. *οὐ πορνεύσεις κτλ.*] D 2, 2, ubi autem membrorum ordo alius est. — *οὐ λήψῃ*] D 4, 3. — *ἔσῃ πραΰς κτλ.*] D 3, 7. 8. Barnabas hunc locum repetens plura omisit. — *οὐ μνησικακήσεις*] D 2, 3. Ut notae indicant, Barnabas hunc versum ex quattuor Doctrinae locis compilavit.

5. *οὐ μὴ διψυχήσῃς*] D 4, 4. Barnabas hic et pluribus aliis locis, scilicet etiam in hoc versu (*οὐ μὴ ἄρῃς*) et in versibus 6 et 7, *οὐ μὴ* scribit pro *οὐ*. — *οὐ μὴ λάβῃς*] Exod. 20, 7. Deut. 5, 11. — *ἀγαπήσεις*] Barnabas hic D 1, 2 et 2, 7 in unum conflavit et sententiam Doctrinae mutavit, quae hominem non in universum admonet, ut proximum plus amet quam animam suam, sed loco principali de amore proximi verba Evangelii reddit. — *οὐ φονεύσεις*] D 2, 2. — *οὐ μὴ ἄρῃς*] D 4, 9.

6. *οὐ μὴ κτλ.*] D 2, 2. 6. — *οὐδὲ κολληθήσῃ*] D 3, 9 (*οὐ κολληθήσεται ἡ ψυχή σου κτλ.*). — *τὰ συμβαίνοντά σοι*] D 3, 10.

7. *οὐκ ἔσῃ*] D 2, 4. — *ὑποταγήσῃ*] D 4, 11. In Doctrina versus sic incipit: *ὑμεῖς δὲ οἱ δοῦλοι ὑποταγήσεσθε*, ita ut vox *κύριος* omnem hominem significet, qui servorum potestatem

*θεοῦ ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ· οὐ μὴ ἐπιτάξῃς δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἐλπίζουσιν, μή ποτε οὐ μὴ φοβηθήσονται τὸν ἐπ᾽ ἀμφοτέροις θεόν· ὅτι ἦλθεν οὐ κατὰ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασεν.* 8. *Κοινωνήσεις ἐν πᾶσιν τῷ* πλησίον *σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ γὰρ ἐν τῷ* ἀφθάρτῳ *κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς* φθαρτοῖς; Οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος· παγὶς γὰρ στόμα θανάτου. Ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἁγνεύσεις. 9. *Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν.* Ἀγαπήσεις ὡς κόρην τοῦ ὀφθαλμοῦ σου πάντα *τὸν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον* κυρίου. 10. *Μνησθήσῃ* ἡμέραν κρίσεως *νυκτὸς καὶ ἡμέρας καὶ ἐκζητήσεις καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων,* ἢ διὰ λόγου κοπιῶν *καὶ* πορευόμενος εἰς τὸ *παρακαλέσαι καὶ* μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ, ἢ *διὰ τῶν χειρῶν* σου ἐργάσῃ εἰς *λύτρον ἁμαρτιῶν σου.* 11. *Οὐ διστάσεις δοῦναι οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ* δέ, *τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. Φυλάξεις, ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς μήτε ἀφαιρῶν.* Εἰς τέλος μισήσεις τὸν πονηρόν.

habeat. Illa verba autem omittens Barnabas vim vocis *κυρίος* mutavit, quae apud eum non solum dominos servorum, sed etiam dominos vel praepositos hominum liberorum denotet. — *οὐ μὴ ἐπιτάξῃς*] D 4, 10, ubi ergo haec sententia praecedenti anteposita est.

8. *κοινωνήσεις*] D 4, 8, ubi praemittitur: *οὐκ ἀποστραφήσῃ τὸν ἐνδεόμενον* et voces *ἀθανάτῳ* et *θνητοῖς* leguntur pro vocibus *ἀφθάρτῳ* et *φθαρτοῖς*. Cum Barnabas de officio caritatis ergo proximum etiam v. 9 agat, verbis *οὐκ ἔσῃ κτλ.* additis ordinem sententiarum male interrupit.

9. *μὴ γίνου*] D 4, 5. — *ὡς κόρην τ. ὀφθ.*] S. Scriptura fere ubique (Deut. 32, 10. Ps. 16, 8. Prov. 7, 2) de custodienda (non amanda) pupilla oculi loquitur. Animadverte, quod Barnabas 19, 5 vult, ut Christianus proximum amet plus quam animam suam. — *τὸν λαλοῦντα*] D 4, 1.

10. *μνησθήσῃ κτλ.*] D 4, 1. Auctor Doctrinae verbum *μνησθήσῃ* cum sententia praecedente vel verbis *τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ* coniunxit. Barnabas ibi verbum *ἀγαπήσεις* posuit et nonnulla alia addidit; hic *ἡμέραν κρίσεως* inseruit. — *ἐκζητήσεις*] D 4, 2. — Barnabas post *ἁγίων* omisit verba: *ἵνα ἐπαναπαῇς τοῖς λόγοις αὐτῶν*, alia autem adiecit. — *διὰ τῶν χειρῶν*] D 4, 6.

11. *οὐ διστάσεις*] D 4, 7. Haec etiam ad officia caritatis erga proximum pertinent, quae in Doctrina 4, 5—8 simul exhibentur. Barnabas ergo sectionem in tres partes (cf. v. 8 et 9) discerpsit. — *φυλάξεις κτλ.*] D 4, 13. Hic verba recte succedunt mandato: *οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίου*, a Barnaba autem ordine consentaneo relicto ita posita sunt, ut vix possint intellegi. — *εἰς τέλος*] Si malus, qui

*Κρινεῖς δικαίως.* 12. *Οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους* συναγαγών. Ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. *Οὐ προσήξεις ἐπὶ προσευχὴν ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς* τοῦ φωτός.

XX. *Ἡ δὲ τοῦ* μέλανος *ὁδός ἐστιν* σκολιὰ *καὶ κατάρας μεστή.* Ὁδὸς γάρ ἐστιν θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας, ἐν ᾗ ἐστὶν τὰ ἀπολλύντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν· *εἰδωλολατρεία, θρασύτης, ὕψος* δυνάμεως, *ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγή, ὑπερηφανία,* παράβασις, *δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία,* ἀφοβία θεοῦ· 2. *διῶκται* τῶν *ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες ψεύδη, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ, χήρᾳ* καὶ ὀρφανῷ οὐ προσέχοντες, *ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς* φόβον θεοῦ, *ἀλλ' ἐπὶ τὸ πονηρόν, ὧν μακρὰν* καὶ πόρρω *πραΰτης καὶ ὑπομονή, ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχόν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ,* εὐχερεῖς ἐν καταλαλιᾷ, *οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταί, πανθαμάρτητοι.*

odio est habendus, homo est, non Satan, Barnabas D 2, 7 respexit correxitque. — *κρινεῖς δικαίως*] D 4, 3.

12. *οὐ ποιήσεις*] D 4, 3. — *ἐξομολογήσῃ κτλ.*] D 4, 14, ubi praemittitur *ἐν ἐκκλησίᾳ* et pro *ἐπὶ ἁμαρτίαις* legitur *τὰ παραπτώματα*.

XX, 1. Barnabas praesertim initium capituli mutavit, quod in Doctrina 5, 1 est hoc: *ἡ δὲ τοῦ θανάτου ὁδός ἐστιν αὕτη· πρῶτον πάντων πονηρά ἐστι καὶ κατάρας μεστή.* Praeterea peccata aliter posuit, pauca adiecit, plura omisit, scilicet *ἐπιθυμίαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, αἰσχρολογία, ζηλοτυπία, ἀλαζονεία.* Voci *πονηρά* substituit vocem *σκολιά* fortasse respiciens Prov. 2, 15.

2. Hic versus in utraque scriptura fere idem est. Barnabas pauca adiecit, mutavit *τὸ ἀγαθόν* (post *ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς*) in *φόβον θεοῦ*, omisit conclusionem: *ῥυσθείητε, τέκνα, ἀπὸ τούτων ἁπάντων.*

# FRAGMENTUM LATINUM.

## Doctrina apostolorum.

I. Viae duae sunt *in saeculo,* vitae et mortis, *lucis et tenebrarum. In his constituti sunt angeli duo, unus aequitatis, alter*

Inscr. Latinus unam tantum inscriptionem habet et omisit vocem *δώδεκα*, quam etiam omnes testes omiserunt, qui scripturae mentionem expressam fecerunt, Eusebius, Athanasius etc.

I, 1. *in saeculo*] Haec verba et alia, quae in textu graeco vel codice Constantinopolitano desunt, litteris obliquis expressi. Haud dubie a Latino de suo addita sunt, quippe quae a nullo teste agnita sint, neque a Barnaba neque ab auctoribus Canonum ecclesiasticorum et Constitutionum apostolicarum. Attamen animadvertendum est, Lactantium de duabus *humanae vitae* viis (Epit. 59) vel de duabus viis dicere, per quas *humanam vitam* progredi necesse est (Divin. Instit. VI, 3). — *vitae et mortis*] His vocibus testes omnes praemittunt *μία*. Lactantius quoque Divin. Instit. VI, 3 pergit: una quae in caelum ferat, altera quae ad inferos deprimat. — *lucis et ten.*] Haec verba Barnabas 18, 1 tantum exhibet eaque sola, nec cum Latino verba *vitae et mortis* praemittens, quae a ceteris testibus traduntur. Lactantius quidem Divin. Instit. VI, 3 extr. vocibus illis utitur. Cum autem eodem loco veteres impugnans dicentes, humanae vitae cursum vel duas vias litterae Y similes esse, duas vias disserat potius alteram esse ad solis ortum conversam, alteram ad occasum, iure dubitamus, num voces in Doctrina aliqua apostolorum legerit. Epit. 59 idem scribit: philosophos alteram viam industriae, alteram inertiae esse velle; melius poetas alteram iustorum, alteram impiorum; etiam rectius Christianos alteram vitae, alteram mortis. — *in his constituti*] Similiter Barnabas 18, 1 in viis constitutos esse angelos Dei et angelos Satanae dicit. Quem locum Latinum exscripsisse non est dubium. Praeterea autem et Herm. Mand. VI, 2, 1 respexisse vel in mente habuisse

*iniquitatis.* Distantia autem magna est duarum viarum. 2. Via ergo vitae haec est: Primo diliges Deum *aeternum*, qui te fecit; secundo proximum tuum ut te ipsum; omne autem, quod tibi non vis fieri, alii ne feceris. 3. Interpretatio autem horum verborum haec est.

II, 2. Non moechaberis, non homicidium facies, non falsum testimonium dices, non puerum violaveris, non fornicaveris, non malefacies, non medicamenta mala facies, non occides filium in abortum nec natum succides, non concupisces quidquam de re proximi tui. 3. Non periurabis, non male loqueris, non eris memor malorum factorum. 4. Non eris duplex in consilium dandum neque bilinguis; tendiculum enim mortis est lingua.

videtur, ubi non in universum angeli vel angeli Dei et Satanae, sed similiter atque apud Latinum nostrum duo angeli commemorantur, unus iustitiae et unus nequitiae. Lactantius Divin. Instit. VI, 3 scribit: Christianos utrique viae praepositum esse dicere, utrumque immortalem, sed alterum honoratum, qui virtutibus ac bonis praesit, alteram damnatum, qui vitiis ac malis. Cum autem caelestis itineris ducem paullo post non angelum vel angelos, sed Deum ipsum appellet cumque eo, quod philosophi de duce viae dexterioris locuti sunt, commotus esse videatur, ut de hac re ageret, minime certum vel verisimile est, eum talem Doctrinae apostolorum formam habuisse, qualem testatur fragmentum latinum. — *duarum viarum*] Latinus omittit cum Barnaba particulam *μεταξύ*, quam codex Const. et Canones exhibent.

2. *aeternum*] Hanc vocem habet Latinus solus.

3. *haec est*] Sequuntur in codice Constant. et in Constitutionibus apostolorum plura, quae praecipue ex Matth. 5 desumpta, sed et apud Barnabam et in Canonibus ecclesiasticis praetermissa sunt. Initium vel versus primus capitis II deinde alterum mandatum doctrinae indicat. Quae respiciens versum sequentem numero 2 noto, ut dispositio eadem sit atque in Doctrina apostolorum graeca.

II, 2. Latinus unum mandatum textus graeci praetermittit, scilicet *οὐ κλέψεις*, reliqua autem plane aliter disponit atque ceteri testes, praesertim adulterio pro secundo primum, falso testimonio, quod textus graecus in versu sequente post periurium exhibet, tertium locum attribuit. Mandata sic digessisse videtur respiciens Rom. 13, 9. — *puerum*] Codex post hanc vocem lacunam parvam habet, ut videtur ob plicaturam membranae. — *non malefacies*] i. e. *οὐ μαγεύσεις*. Codex habet *maofacies* Pez haec verba omisit.

3. Textus latinus cum graeco concordat; modo mandatum *οὐ ψευδομαρτυρήσεις*, quod in textu graeco secundum locum obtinet, a Latino supra v. 2 positum est.

4. *lingua*] Graece *διγλωσσία*.

5. Non erit verbum tuum vacuum nec mendax. 6. Non eris *cupidus nec* avarus nec rapax nec adolator nec . . .

5. *vacuum nec mendax*] Ita etiam Canones ecclesiastici. Codex Constant. habet: *ψευδής, οὐ κενός, ἀλλὰ μεμεστωμένος πράξει.* Si quis verba ultima omisit, illa facile aliter disponere potuit.

6. *cupidus nec*] Latinus solus exhibet. Infra 3, 3 quidem textus graecus *ἐπιθυμητής* habet. Non est autem verisimile, Latinum hunc locum respexisse et vocem aliter collocasse. Praeterea quaeritur, num *cupidus* ante voces sequentes idem denotet atque *ἐπιθυμητής* 3, 3. — *adolator*] Textus graecus legit hoc loco *ὑποκριτής*, i. e. *simulator*. Epit. c. 64 Lactantius postquam de homicidio, adulterio et falso testimonio egit, pergit scribens, viro iusto nec adulari licere. Inde autem, ut iam in Prolegomenis exposui, eum versionem legisse non sequitur. — *nec*] Post hanc vocem in folio codicis ultimo etiam verbum unum scriptum erat, quod autem evanuit.

# INDEX
## LOCORUM S. SCRIPTURAE IN DOCTRINA APOSTOLORUM LAUDATORUM.


Exod. 20, 7 — 2, 3.
* Exod. 20, 17 — 2, 2.
Exod. 22, 18 — 2, 2.
Exod. 22, 29; 23, 19; 34, 26 — 13, 3.

Lev. 18, 22; 20, 13 — 2, 2.
Lev. 18, 30; 21, 31 — 4, 13.
Lev. 19, 26; 20, 6 — 2, 2.
Lev. 19, 26. 31. — 3, 4.

Num. 15, 20. 21 — 13, 5.
Num. 18, 12. — 13, 3.

Deut. 1, 17 — 4, 3.
* Deut. 4, 2; 12, 32 — 4, 13.
Deut. 5, 21 — 2, 2.
Deut. 6, 18; 12, 25; 13, 18 — 4, 12.
Deut. 12, 32 — 4, 13.
Deut. 18, 3. 4 — 13, 3.
Deut. 18, 10. 11 — 3, 4.
Deut. 18, 11. 12 — 2, 2.
Deut. 32, 6 — 1, 2.

Nehem. 10, 35—37 — 13, 3.
Nehem. 10, 37 — 13, 6.

Tob. 4, 10. 11; 12, 9 — 4, 6.
Tob. 4, 12 — 2, 2.

* Ps. 4, 3 — 5, 2.
Ps. 17, 1 — 9, 2.
Ps. 22, 3 — 10, 3.
Ps. 33, 12 — 4, 9.
Ps. 81, 2—4. — 5, 2.
Ps. 88, 9 — 10, 4.
Ps. 102, 8 — 3, 8.

Prov. 2, 5. 6 — 11, 2.
Prov. 3, 27 — 4, 8.
Prov. 11, 13 — 2, 4.
Prov. 12, 28 — 1, 1.
Prov. 14, 21. 31 — 5, 2.
Prov. 14, 27; 21, 6 — 2, 4.
Prov. 16, 6 — 4, 6.
Prov. 16, 28 — 3, 6.
Prov. 17, 15 — 5, 2.
Prov. 19, 19 — 3, 6.
Prov. 20, 20 — 2, 3.
Prov. 24, 23 — 4, 3.
Prov. 30, 6 — 4, 13.


1. Ubi signum * prostat, aut locus S. Scripturae disertis verbis allegatur, aut locus Doctrinae ad locum biblicum tam prope accedit, ut verba scripturae velut verba biblica litteris obliquis exprimenda esse mihi visa sint.

Sap. 1, 11 3, 6.
Sap. 2, 10. 19 5, 2.
Sap. 12, 4 2, 2.
* Sap. 12, 5 5, 2.
Sap. 15, 11 5, 2.
Sap. 17, 17 6, 3.

Sirach 1, 28 4, 4.
Sirach 2, 4 3, 10.
Sirach 4, 5 4, 8.
Sirach 4, 31 4, 5.
Sirach 5, 9. 14 2, 4.
* Sirach 7, 3 1, 2.
Sirach 10, 6 15, 3.
Sirach 12, 1—6 1, 6.
Sirach 26, 9 3, 3.

Ies. 1, 3 5, 2.
Ies. 1, 17 5, 2.
* Ies. 1, 23 5, 2
Ies. 66, 2 3, 8.

Ierem. 21, 8 1, 1.

Ezech. 44, 30 13, 3.

Dan. 6, 10. 13 8, 3.

Os. 5, 4. 5, 2.

Zach. 13, 8. 9 16, 5.
* Zach. 14, 5 16, 7.

Maleach. 1, 11 14, 1.
* Malach. 1, 11. 14 14, 3.
* ? 1, 6.

* Matth. 5, 5 3, 7.
* Matth. 5, 7 1, 5.
Matth. 5, 18 10, 6.
Matth. 5, 22 3, 2.
Matth. 5, 22—26 15, 3.
Matth. 5. 23. 24 14, 2.
Matth. 5, 25 1, 5.
* Matth. 5, 26 1, 5.
Matth. 5, 28 3, 3.
* Matth. 5, 33 2, 3.
* Matth. 5, 39. 40. 41. 1, 4.
Matth. 5, 42 1, 5.
* Matth. 5, 46. 47 1, 3.
Matth. 6 15, 4.
* Matth. 6, 5. 9—13. 8, 2.
* Matth. 6, 13 10, 5.
Matth. 6, 16 8, 1.
* Matth. 7, 6 9, 5.
* Matth. 7, 12 1, 2.
Matth. 7, 14. 14 1, 1.
Matth. 7, 15 16, 3.
Matth. 7, 15—23 11, 3.
Matth. 7, 16. 20 11, 8.
Matth. 7, 21—23 11, 8.
Matth. 10, 5—12; 40—42 11, 3.
Matth. 10, 8 11, 12.
Matth. 10, 9. 10 11, 6.
* Matth. 10, 10 13, 1.
* Matth. 10, 22; 24, 13 16, 5.
Matth. 10, 29. 30 3, 10.
Matth. 10, 40 11, 2.
Matth. 11, 29. 30 6, 2.
* Matth. 12, 31 11, 7.
Matth. 15, 11—20 14, 2.
Matth. 15, 32 16, 1.
Matth. 18, 15—35 15, 3.
Matth. 19, 11. 12 6, 2.
* Matth. 19, 18 2, 2.
Matth. 19, 21 6, 2.
* Matth. 21, 9. 15 10, 6; 12, 1.
* Matth. 22, 37—39 1, 2.
Matth. 23, 3 2, 5; 11, 10.
Matth. 23, 11. 13. 3, 9.
* Matth. 24, 10 16, 5.
Matth. 24, 11. 12 16, 3. 4.
* Matth. 24, 24 16, 4.
* Matth. 24, 31 9, 4; 16, 6.
* Matth. 24, 42. 44; 25, 13 16, 1.
Matth. 25, 34 10, 5.
Matth. 26, 29 9, 2. 4.
* Matth. 28, 19 7, 1.

Luc. 1, 49 10, 2. 4.
Luc. 1, 69 9, 2.
Luc. 6, 27. 28 1, 3.
Luc. 6, 29 1, 4.
* Luc. 6, 30 1, 4, 5.
Luc. 6, 32. 33 1, 3.
Luc. 9, 1—6 11, 3.
* Luc. 12, 35 16, 1.
Luc. 16, 9 4, 6.

Ioann. 4, 10. 11 7, 1.
Ioann. 7, 24 4, 3; 5, 2.
Ioann. 13, 20 11, 2.
Ioann. 15, 1. 15 9, 2.
Ioann. 17, 11 10, 2.
Ioann. 17, 15; 19, 23 10, 5.
Ioann. 17, 26 10, 2.

Act. 2, 42 9, 3.
Act. 2, 42; 13, 1 inscr.
Act. 2, 44; 4, 32 4, 8.
Act. 2, 46; 20, 7. 11 14, 1.
Act. 3, 13. 26 9, 2.
Act. 8, 9. 11; 13, 6. 8 2, 2.
Act. 15, 10 6, 2.
Act. 24, 23 15, 1.

Rom. 1, 27 2, 2.
Rom. 8, 28 3, 10.
Rom. 8, 29. 30 4, 10.
* Rom. 12, 9 5, 2.
Rom. 12, 13 4, 8.
Rom. 12, 16 3, 9.

I Cor. 1, 10; 11, 18 4, 3.
I Cor. 5, 10. 11; 6, 11 2, 6.
I Cor. 6, 7 12, 1.
I Cor. 6, 9. 10 2, 2.
I Cor. 7, 7 6, 2.
I Cor. 7, 31 10, 6.
I Cor. 8, 4; 10, 20 6, 3.
I Cor. 9, 13. 14 13, 1.
I Cor. 10, 10 3, 6.
I Cor. 10, 16 14, 1.
I Cor. 10, 17 9, 4.
I Cor. 11, 20—22 10, 1.
I Cor. 11, 26 9, 4.
I Cor. 12, 3; 14, 2 11, 6.
I Cor. 12, 28. 29 11, 3.
I Cor. 15, 52 16, 6.
* I Cor. 16, 22 10, 6.

II Cor. 8, 19 15, 1.
II Cor. 9, 7 4, 7.

Gal. 5, 19. 20 2, 2.
Gal. 5, 20 3, 2.
Gal. 5, 22 5, 2.

Eph. 2, 20; 3, 5 11, 3.
Eph. 3, 9 10, 2.
Eph. 4, 32 3, 7.
Eph. 5, 25 10, 5.
Eph. 6, 4 4, 9.
Eph. 6, 5—8 4, 11.
Eph. 6, 9 4, 10.

Phil. 1, 1 15, 1.
Phil. 2, 14 3, 6.

Col. 3, 12 3, 7.
Col. 3, 17 15, 4.
Col. 3, 22 4, 11.

I Thess. 4, 3 2, 2.
I Thess. 4, 11 3, 8.
I Thess. 4, 12 16, 5.
I Thess. 4, 16 16, 6.
I Thess. 5, 14. 15 3, 7.
I Thess. 5, 22 3, 1.

II Thess. 2, 4. 9 16, 4.
II Thess. 3, 10 12, 3.

I Tim. 1, 6; 6, 21 15, 3.
I Tim. 3, 2—13 15, 1.
I Tim. 5, 17 15, 2.
I Tim. 5, 17. 18 13, 1.

I Tim. 6, 5 12, 5.

Tit. 1, 5—7 15, 1.
Tit. 1, 7 3, 2. 6.
Tit. 2, 9 4, 11.
Tit. 2, 10 inscr.

Hebr. 3, 4 10, 2.
Hebr. 9, 13 14, 2.
Hebr. 10, 10 10, 5,

Iac. 1, 8; 4, 8 4, 4.
Iac. 1, 22 2, 5.
Iac. 5, 16 4, 14.

I Petr. 1, 13 10, 6.
* I Petr. 2, 11 1, 4.
I Petr. 2, 18 4, 11.
I Petr. 4, 9 3, 6; 4, 7.

II Petr. 2, 1 11, 2. 6.
II Petr. 2, 10 3, 6.
II Petr. 2, 15 5, 2.
II Petr. 3, 2 16, 3.
II Petr. 3, 10 10, 6.

I Ioann. 3, 18 2, 5,
I Ioann. 5, 14. 15 4, 4.

II Ioann. 7 16, 3.
II Ioann. 9 inscr.
II Ioann. 10 11, 2.

Iud. 16 3, 6.
Iud. 22 2, 7.

Apoc. 1, 10; 4, 2 11, 7.
Apoc. 4, 11 10, 3.
Apoc. 9, 21; 18, 23 2, 2.
Apoc. 11, 17 10, 4.
Apoc. 12, 9 16, 3.
Apoc. 13, 2. 13 16, 4.
Apoc. 18, 20 11, 3.
Apoc. 21, 1 10, 6.
Apoc. 22, 15 5, 2.
Apoc. 22, 17. 20 10, 6.
Apoc. 22, 18. 19 4, 13.

# INDEX
## VOCABULORUM DOCTRINAE DUODECIM APOSTOLORUM[1].


ἀγαθός 3, 8. 10; 5, 2.
ἀγαπάω 1, 2. 3; 2, 7; 5, 2.
ἀγάπη 10, 5; 16, 3.
ἀγγαρεύω 1, 4.
ἁγιάζω 10, 5.
ἅγιος 7, 1. 3 (τὸ πνεῦμα); 9, 2. 5; 10, 2. 6. οἱ ἅγιοι 4, 2; 16, 7.
ἀγρυπνέω 5, 2.
ἀδελφός 4, 8.
ἀθανασία 10, 2.
*ἀθάνατον, τὸ 4, 8.
ἀθέμιτον 16, 4.
ἀθῷος 1, 5.
αἰσχρολογία 5, 1.
*αἰσχρολόγος 3, 3.
αἰσχύνη 4, 11.
αἰών 8, 2; 9, 2. 3. 4; 10, 2. 4. 5; 16, 4.
αἰώνιος 10, 3.
ἄκακος 3, 8.
ἀλαζονεία 5, 1.
ἀλήθεια 11, 10; 16, 6.
ἀληθής 15, 1.
ἀληθινός 11, 11; 13, 1. 2.
ἅλων 13, 3.
ἁμαρτία 4, 6; 11, 7.
ἀμήν 10, 6.
ἄμπελος Δαβίδ 9, 2.
*ἀμφιβολία 14, 2.
ἀνάστασις νεκρῶν 16, 6.
ἄνεμοι τέσσαρες 10, 5.
ἀνομία 16, 4.
ἀνταπόδομα 5, 2.
*ἀνταποδότης 4, 7.
ἀπαρχή 13, 3, 5. 6. 7.
ἀποκτείνειν γεννηθέν 2, 2.
ἀπόλλυμι 16, 5.
ἀπόστολος inscr.; 11, 3. 4. 6.
ἀργός 12, 4.
ἀργύριον 11, 6. 12; 13, 7.
ἀριστερός 1, 4; 12, 1.
ἁρπαγή 5, 1.
ἅρπαξ 2, 6.
ἄρτος 8, 2; 11, 6.
ἀρχαῖοι προφῆται 11, 11.
ἀρχιερεῖς 13, 3.
ἀστοχέω 15, 3.
*αὐθάδεια 5, 1.
αὐθάδης 3, 6.
αὐλίζομαι 11, 6.
ἀφίημι 8, 2; 11, 7.
ἀφιλάργυρος 15, 1.

βαπτίζω 7, 1. 2. 4; 9, 5.
βάπτισμα 7, 1. 4.
βασιλεία 8, 2; 9, 4; 10, 5.
βασιλεὺς μέγας 14, 3.


1. Voces, quae in Novo Testamento desunt, numero quadraginta septem, signo * notatae sunt.

βαστάζω 6, 2. 3.
βλασφημία 3, 6.
βουλὴ πονηρά 2, 6.
βοῦς 13, 3.
βρῶσις 6, 3.

γῆ 3, 7; 9, 4; 16, 4.
γινώσκειν τὸν ποιήσαντα 5, 2.
γνωρίζω 9, 2. 3; 10, 2.
γνῶσις 9, 3; 10, 2; 11, 2 (κυρίου).
γογγύζω 4, 7.
*γόγγυσος 3, 6.
γρηγορέω 16, 1.

Δαβίδ 9, 2; 10, 6.
δεξιός 1, 4; 12, 1.
δεσπότης 10, 3.
δευτέρα σαββάτων 8, 1.
δέχομαι 11, 1. 2. 4; 12, 2.
διάκονος 15, 1.
διακρίνω 11, 7.
*διαφορά 1, 1.
*διγλωσσία 2, 4.
*δίγλωσσος 2, 4.
διγνώμων 2, 4.
διδάσκαλος 13, 2; 15, 1. 2.
διδάσκω 4, 9; 6, 1; 11, 1. 2. 10. 11.
διδαχή inscr.; 1, 3; 2, 1; 6, 1; 11, 2.
δίδωμι 1, 5. 6; 4, 5. 6; 11, 12.
δίκαιος 3, 9; 5, 2.
δικαιοσύνη 5, 2; 11, 2.
δίκη 1, 5.
*διπλοκαρδία 5, 1.
διστάζω δοῦναι 4, 7.
*διψυχέω 4, 4.
διώκοντες ἀνταπόδομα 5, 2.
διῶκται ἀγαθῶν 5, 2.
δόγμα τοῦ εὐαγγελίου 11, 3.
δοκιμάζω 11, 11; 12, 1; 15, 1.
δοκιμασία 16, 5.
δόλος 5, 1.
δόξα 8, 2; 9, 2. 3. 4; 10, 2. 4. 5.
δοῦλος 4, 10. 11.
δύναμις 8, 2; 9, 4; 10. 5.

δυνατός 10, 4.

ἔθνος inscr.; 1, 3; 14, 3.
εἰδωλόθυτον 6, 3.
εἰδωλολατρία 3, 4; 5, 1.
εἰρήνη 15, 3.
εἰρηνεύειν μαχομένους 4, 3.
ἐκζητεῖν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων 4, 2.
ἐκκλησία 4, 14; 9, 4; 10, 5; 11, 11.
*ἐκπέτασις (ἐν οὐρανῷ) 16, 6.
ἐκχεῖν εἰς τὴν κεφαλὴν τρὶς ὕδωρ 7, 3.
ἔλαιον 13, 6.
ἐλέγχω 2, 7; 4, 3; 15, 3.
ἐλεεῖν πτωχόν 5, 2.
ἐλεημοσύνη 1, 6; 15, 4.
ἐλεήμων 3, 8.
ἐλπίζω ἐπὶ τὸν θεόν 4, 10.
ἐμπλησθῆναι 10, 1.
*ἐνδεόμενος 4, 8; 5, 2.
ἐνέργημα 3, 10.
ἐντολή 1, 5; 2, 1; 4, 13; 13, 5. 7.
ἐξετάζω 1, 5.
ἐξομολογοῦμαι 4, 14.
ἐπαναπαύεσθαι τοῖς λόγοις τῶν ἁγίων 4, 2.
*ἐπαοιδός 3, 4.
ἐπιθυμεῖν τὰ τοῦ πλησίον 2, 2.
ἐπιθυμητής 3, 3.
ἐπιθυμία 1, 4; 3, 3; 5, 1.
ἐπιορκέω 2, 3.
ἐπίσκοπος 15, 1.
ἐργάζομαι 12, 3.
ἐργάτης 13, 2.
*ἐριστικός 3, 2.
ἔσχατος 1, 5; 16, 2.
ἑταῖρος 14, 2.
ἑτοιμάζω 4, 10; 10, 5.
εὐαγγέλιον 8, 2; 11, 3; 15, 3. 4.
εὐχαριστέω 9, 1. 2 3; 10, 1. 2. 3. 4. 7; 14, 1.
εὐχαριστία 9, 1. 5.
εὐχή 15, 4.
ἐχθρός 1, 3.

*ζηλοτυπία 5, 1.
ζηλωτής 3, 2,
ζητεῖν τὰ ἀνήκοντα ταῖς ψυχαῖς 16, 2.
ζυγὸς τοῦ κυρίου 6, 2.
ζωή 1, 1. 2; 4, 14; 9, 3; 10, 4 (αἰώνιος); 16, 1.

ἡσύχιος 3, 8.

θάνατος 1, 1; 2, 4; 5, 1.
θεοὶ νεκροί 6, 3.
θεός 1, 2; 3, 10. 11; 4, 10. 11; 5, 2; 6, 1.
*θερμός 7, 2.
θνητόν, τὸ 4, 8.
*θράσος 3, 9.
*θρασύτης 5, 1.
θυγατήρ 4, 9.
*θυμικός 3, 2.
θυσία 14, 1—3.

ἴδιος 1, 5; 4, 8.
*ἱδρόω 1, 6.
Ἰησοῦς 9, 2. 3; 10, 2.
Ἰησοῦς Χριστός 9, 4.
ἱμάτιον 1, 4.
ἱματισμός 13, 6.

καθίζω 12, 3; 13, 1.
καιρός 16, 2.
κακία 5, 1.
*κακοήθης 2, 6.
καλεῖν κατὰ πρόσωπον 4, 10.
καλός 4, 7.
καρδία 10, 2.
κατάθεμα 16, 5.
καταλύω 11, 2.
καταπονοῦμαι 5, 2.
κατάρα 5, 1.
κατασκηνόω 10, 2.
κελεύω 7, 4; 8, 2.
κεράμιον οἴνου ἢ ἐλαίου 13, 6.
κλᾶν ἄρτον 14, 1.
κλάσμα 9, 3, 4.
κλέπτω 2, 2.
κληρονομέω 3, 7.
κλοπή 3, 5; 5, 1.
κοδράντης 1, 5.
κοινωνοὶ ἐν τῷ ἀθανάτῳ 4, 2.
κολλῶμαι 3, 9 (μετὰ ὑψηλῶν); 5, 2 (ἀγαθῷ).
κοσμικός 11, 11.
*κοσμοπλάνος 16, 4.
κόσμος 10, 6; 16, 8.
κρίνω 4, 3; 11, 11. 12.
κρίσις 5, 2 (δικαία); 11, 11 (μετὰ θεοῦ).
κριτής 5, 2.
κτῆμα 13, 7.
κτίζειν τὰ πάντα 10, 3.
κτίσις τῶν ἀνθρώπων 16, 5.
κυριακὴ κυρίου 14, 1.
κύριος inscr.; 4, 1. 12. 13; 6, 2; 8, 2; 9, 5; 10, 5; 11, 2. 4. 8; 12, 1; 14, 1. 3; 15, 1. 4; 16, 1. 7. 8.
κυριότης 4, 1.

λαλεῖν 4, 1 (τὸν λόγον τοῦ θεοῦ); 11, 7. 8 (ἐν πνεύματι cf. 11, 12); 15, 3.
λαμβάνω 2, 6 (βουλὴν πονηράν); 4, 3 (πρόσωπον).
λατρεία 6, 3.
λειτουργεῖν τὴν λειτουργίαν 15, 1.
ληνός 13, 3.
λόγος 1, 3; 3, 8; 4, 1 (τοῦ θεοῦ).
λύτρωσις ἁμαρτιῶν 4, 6.
λύχνοι μὴ σβεσθήτωσαν 16, 1.

μαγεία 5, 1.
μαγεύω 2, 1.
*μαθηματικός 3, 4.
μακάριος 1, 5.
*μακρόθυμος 3, 8.
μαρὰν ἀθά 10, 6.
μάταια ἀγαπῶντες 5, 2.
μάχομαι 4, 3.
μεμεστωμένος πράξει 2, 5.
μετανοῶ 10, 6; 14, 3.
μισεῖν 1, 3; 2, 7 (πάντα ἄνθρωπον);

4, 12 (πᾶσαν ὑπόκρισιν); 5, 2 (ἀλήθειαν); 16, 4 (ἀλλήλους).
μισθός 4, 7; 5, 2.
*μῖσος 16, 3.
*μνησικακέω 2, 3.
μοιχεία 3, 3; 5, 1.
μοιχεύω 2, 2.
μυστήριον κοσμικόν 11, 11.

νεκροὶ θεοί 6, 3.
νεφέλαι τοῦ οὐρανοῦ 16, 8.
νηστεία 8, 1.
νηστεύω 1, 3; 7, 4; 8, 1.

ὁδοὶ δύο 1, 1. ὁδός 1, 1. 2 (τῆς ζωῆς); 1, 1; 5, 1 (τοῦ θανάτου); 6, 1 (τῆς διδαχῆς).
οἶνος 13, 6.
*οἰωνοσκόπος 3, 4.
ὄνομα 7, 1. 3 (τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ κτλ.); 8, 2; 10, 2. 3 (τοῦ πατρός); 9, 5; 12, 1; 14, 3 (τοῦ κυρίου).
ὀργή 3, 2; 15, 3.
ὁρίζειν τράπεζαν ἐν πνεύματι 11, 9.
ὀσφύες μὴ ἐκλυέσθωσαν 16, 1.
οὐαί 1, 5.
οὐρανός 8, 2; 16, 6. 8.
ὀφειλέτης 8, 2.
ὀφειλή 8, 2.

παγὶς θανάτου 2, 4.
παιδίσκη 4, 10.
*παιδοφθορέω 2, 2.
παῖς 9, 2 (Δαβίδ); 9, 2. 3; 10, 2. 3 (Χριστός).
*πανθαμάρτητος 5, 2.
παντοκράτωρ 10, 3.
παράκλητοι πλουσίων 5, 2.
παραλαμβάνω 4, 13.
παράπτωμα 4, 3. 14; 14, 1.
παρασκευή 8, 1.
*παρόδιος 12, 2.
πατὴρ (θεός) 1, 5; 7, 1. 3; 8, 2; 9, 2. 3; 10, 2.

πειράζειν τὸν προφήτην 11, 7.
πειρασμός 8, 2.
πέμπτη (σαββάτων) 8, 1.
πενήτων ἄνομοι κριταί 5, 2.
πέρατα τῆς γῆς 9, 4.
*περικαθαίρω 3, 4.
πίνω 9, 5.
πίστις 10, 2; 16, 2. 5.
πλανάω 6, 1.
πλεονέκτης 2, 6.
πλεονεξία 5, 1.
πλάσμα θεοῦ 5, 2.
πλησίον, ὁ 1, 2; 2, 2. 6.
πλούσιος 5, 2.
πνεῦμα 4, 1. πν. ἅγιον 7, 1. 3.
πνευματικὴ τροφὴ καὶ ποτός 10, 3.
ποιεῖν (ἄνθρωπον) 1, 2; 5, 2.
*πονέω 5, 2.
πονηρός 2, 6; 3, 1; 5, 1. 2; 8, 2; 10, 5.
*πονηρόφρων 3, 6.
πορνεία 3, 3; 5, 1.
πορνεύω 2, 2.
ποτήριον 9, 2.
*ποτός 10, 3.
πρᾶξις 2, 5; 15, 4.
πραΰς 3, 7; 15, 1.
πραΰτης 5, 2.
πρόβατον 13, 3; 16, 3.
*προεξομολογοῦμαι 14, 1.
*προνηστεύω 7, 4.
προσέρχομαι ἐπὶ προσευχήν 4, 14.
προσευχή 4, 14.
προσεύχομαι 1, 3; 2, 7; 8, 2. 3.
προσέχω 6, 3; 12, 5.
προσφέρω 14, 3.
πρόσωπον 4, 2 (τῶν ἁγίων). 3 (λαμβάνειν).
προφήτης 10, 7; 11, 3. 7—11; 13, 1. 3. 4. 6; 15, 1. 2.
πτωχός 5, 2; 13, 4.
*πυκνῶς 16, 2.
πύρωσις τῆς δοκιμασίας 16, 5.

ῥάπισμα 1, 4.

ῥύω 5, 2.

σάββατον 8, 1.
σάλπιγξ 16, 6.
σαρκικός 1, 4.
σημεῖον 16, 4. 6 (ἀληθείας, ἐκπετάσεως).
*σιτία 13, 5.
σκανδαλίζω 16, 5.
συγκοινωνεῖν τὰ πάντα τῷ ἀδελφῷ 4, 8.
συμβαίνοντα ἐνεργήματα 3, 10.
συνάγω 9, 4; 10, 5; 14, 1; 16, 2.
συνείδησις πονηρά 4, 14.
συνέρχομαι 14, 2.
σύνεσις 12, 1 (δεξιὰ καὶ ἀριστερά). 4.
συνοχή 1, 5.
*συσπᾶν (τὰς χεῖρας πρὸς τὸ δοῦναι) 4, 5.
σχίσμα 4, 3.
σώζομαι 16, 5.
σωματικός 1, 4.

ταπεινός 3, 9.
τέκνον 3, 1. 3—6; 4, 1; 5, 2.
τέλειος 1, 4; 6, 2.
τελειόω 10, 5 (ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ θεοῦ); 16, 2 (ἐν τῷ ἐσχάτῳ καιρῷ).
τέρας 16, 6.
*τετράς 8, 1.
τέχνη 12, 4.
τεχνίτης 12, 3.
τιμάω 4, 1 (ὡς κύριον); 15, 2 (τετιμημένος).
τράπεζα 11, 9.
τρέμων τοὺς λόγους 3, 8.
τρόποι κυρίου 11, 8.
τροφή 10, 3; 13, 1. 2.
τύπος θεοῦ 4, 11.

ὕδωρ 7, 1. 2. 3.
υἱός 4, 9. υ. θεοῦ 7, 1. 3; 16, 4. υ. Δαβίδ 10, 6.
ὑπερηφανία 5, 1.
ὑπερήφανος 2, 6.
ὑπεροράω 15, 2.
ὑπόκρισις 4, 12.
ὑποκριτής 2, 6; 8, 1. 2.
ὑπομονή 5, 2.
ὑστεροῦντες 11, 12.
ὑψηλός 3, 9.
*ὑψηλόφθαλμος 3, 3.
ὕψος 5, 1.
ὑψόω 3, 9.

φαγεῖν 9, 5; 12, 2.
*φαρμακεύω 2, 2.
φαρμακία 5, 1.
*φθορεύς 5, 2 (πλάσματος θεοῦ); 16, 3.
φιλάργυρος 3, 5.
φόβος 4, 9 (θεοῦ). 11.
φονεῖς τέκνων 5, 2.
φονεύω 2, 2.
φωνὴ σάλπιγγος 16, 6.

χαρίζω 10, 3.
χάρις 1, 3; 10, 6.
χάρισμα 1, 5.
χειροτονέω 15, 1.
χιτών 1, 4.
*χριστέμπορος 12, 5.
Χριστιανός 12, 4.
Χριστός 9, 4.

ψευδής 2, 5.
ψευδομαρτυρέω 2, 3.
ψευδομαρτυρία 5, 1.
ψευδοπροφήτης 11, 5. 6. 8. 9. 10; 16, 3.
ψεῦδος 5, 2.
ψεῦσμα 3, 5.
ψεύστης 3, 5.
ψυχή 2, 7; 16, 2.

ὡσαννά 10, 6.

# CANONES ECCLESIASTICI [1].

ἀγάπη 16, 2.
ἄγγελος 18, 2; 23, 3.
ἁγιάζω 12, 2.
ἅγιος 12, 2.
ἀγράμματος 16, 2.
ἀγύναιος 16, 2.
ἀδελφός 3, 5; 14, 1; 15; 18, 1; 20, 3; 24; 29; 30.
ἀδελφότης 2; 18. 3.
ἀθόρυβος 18, 4.
αἷμα 25; 26, 1.
αἰσχροκερδής 21, 2.
αἰχμαλωτίζω 18, 5.
ἁμαρτία ψυχῆς 8, 2.
ἀμπελών 12, 3.
ἀνάγκη 30.
ἀναγνώστης 1; 19.
ἀναμάρτητος 16, 1.
Ἀνδρέας inscr.; 7; 22, 1; 24.
ἀνεγκλησία 1.
ἀντιλέγω 3; 18, 1.
ἀντίλογος 20, 3.
ἀντιτάσσω 20, 3.
ἀξία 1; 13, 1.
ἄξιος 16, 1.
ἁπλοῦν τὰς χεῖρας 20, 3.
ἀποθησαυρίζω 22, 2.
ἀποκαλύπτω 2.
ἀποκάλυψις 21, 1.
ἀπώλεια τῶν ἀνθρώπων 8, 3.
ἀριθμός 1.
ἀρχάγγελος 18, 2.
ἀστόχημα 1.
ἀφαιρέω 14, 3; 30.

Βαρθολομαῖος inscr.; 14, 1.
βασιλεία 11, 3 (τῶν οὐρανῶν); 29.

γάγγραινα 18, 5.
γελάω 26, 2.
γελωτολόγος 19, 1.
γλωσσοκόπος 19, 1.
γόγγυσος 20, 2.
γραφή 15; 16, 2.
γυνή 16, 2; 18, 3; 24; 27; 28.
δαιμόνιον 7 (ἀρρενικόν); 8, 1 (θηλυκόν). 3.
δεσπότης 18, 2.
διακονέω 22, 2.
διακονία 20, 2; 24; 28.
διάκονος 1; 20, 1; 22, 1.
διατάσσω 1; 3; 15; 23, 2.
δίγλωσσος 20, 2.
διδάσκαλος 22, 2; 26, 1.
διδάσκω 15; 26, 2.
διηγητικός 19.
δικάζω 18, 5.
δοκιμάζω 16, 1; 17; 19, 1; 20, 2.
δοκιμή 16, 1; 19, 1.
δρόμος 23, 3.

ἔγγραφος 19; 29.
ἕδρα 1.
ἔθνος 16, 1.
ἐκκλησία 1; 16, 1.
ἐκλεκτός 16, 1,
ἐλέγχω 16, 2.
ἐντιμάω 18, 4.
ἐντολή 4, 2; 30.
ἐντροπή 20, 3.
ἐξελίσσω 23, 3.
ἐξουσία 14, 1; 30.

1) Vocabula ex Doctrina apostolorum repetita non enumerantur.

ἐπαναγκάζω 20, 3; 22, 2.
ἐπαρχία 1.
ἐπιεικής 20. 2.
ἐπιθυμία 8, 1.
ἐπιλανθάνω 26, 1.
ἐπίσκοπος 1; 16, 1. 2; 17.
ἐπισχύω 28.
ἐπιταγή 30.
ἐπιτιμάω 20, 3.
ἐπίτασις 8, 3.
ἐπουράνιος 1.
ἐργαγαθέω 21, 2.
ἐργάτης 22, 1 (τῶν καλῶν ἔργων); 29.
ἔργον 8, 3 (πονηρόν); 20, 3 (κρύφιον); 22, 1 (καλόν). 2 (ἀγαθόν); 29.
ἑρμηνεύω 16, 2.
εὐαγγελιστής 19.
εὐγνώμων 19.
εὐδιάκονος 21, 2.
εὐήκοος 19.
εὐλογέω 16, 1.
εὐμετάδοτος 18, 3; 20, 3.
εὐπειθής 19.
εὔσκυλτος 20, 2.
εὐσταθής 18, 4.
εὔτροπος 19, 1.

ἡδονή 8, 1. 3.
ἡμέρα 1 (κρίσεως); 14, 2 (κυρίου).
ἥσυχος 20, 2.

θεμελίωσις ἐκκλησίας 1.
θεοδίδακτος 14, 3.
θησαυρίζω 29.
θησαυρίσματα ἀγαθά 21, 2.
θησαυρὸς καλός 29.
θλίβω 22, 1.
θυμός 7; 8, 3.
θυσιαστήριον 18, 4. 5; 23, 1.
Θωμᾶς inscr.; 12, 1.

Ἰάκωβος inscr.; 10; 19, 1; 28.
ἱδρώς 12, 3.
Ἰησοῦς Χριστός inscr.; 1.
Ἰούδας Ἰακώβου inscr.
ἰσότης 14, 1.
Ἰωάννης inscr.; 3; 4, 1; 17; 18, 2; 26, 1.

καθέζομαι ἐπὶ τῆς γῆς 27.
κάλλος 13, 1.
καταλογίζομαι 1.
καταδυναστεύω 20, 2.
καταφρονέω 20, 3.
καταφρονητής 20, 3.
καθιστάνω 17; 19; 20, 1; 21, 1.
κέλευσις 1.
Κηφᾶς inscr.; 13, 1; 21, 1; 27.
κληροῦμαι 1.
κοινωνικός 20, 3.
κόρη ὀφθαλμοῦ 12, 1.
κρύφια ἔργα 20, 3.
κύριος inscr.; 1; 2; 12, 1. 3; 13, 1; 14, 3; 20, 1; 21, 2; 30.

λαϊκός 23, 1.
λογία 22, 1.
λογίζω 19; 29.
λοίδορος 16, 1; 20, 3.
λυτρόω 4, 2.

Μάρθα 26, 2.
Μαρία 26, 2.
μαρτυρέω 20, 2.
Ματθαῖος inscr.; 5; 20, 1.
μέθυσος 16, 1; 19.
μειδιάω 26, 2.
μετάδοσις 29.
μονόγαμος 20, 2.

Ναθαναήλ inscr.; 11, 1.
νηπτικός 21, 2.
νήφω 21, 2.
νομοθέτης 14, 3.
νόσος 21, 2.
νουθεσία 2.
νουθετέω 20, 3.
νουνεχία 1.
νυκτερινὴ ὑπηρεσία 21, 2.

οἰδαίνω 8, 3.
οἰκουμένη 1.
οἶνος 20, 2; 21, 2.
ὀλιγανδρία 16, 1.
ὀργή 8, 1; 20, 2.
ὀργίλος 20, 2.
ὀρθός 27.

παραίτιος τῆς ζωῆς 12, 1.
παρακαλέω 20, 3.
παραπέμπω 20, 3; 22, 1.
παρατέμνω 23, 3.
παρεδρεία διακόνων 1.
παρεδρεύω 21, 2; 23, 2.
πεῖρα 21, 1.
πένης 20, 2; 22, 1.
περιπειθέω 23, 1.
περιποιέω 22, 2; 29.
Πέτρος inscr.; 6, 1; 15; 16, 1; 25; 30.
πήγνυμι 16, 1.
πλεονέκτης 16, 1.
πλῆθος 16, 1; 18, 2. 3. 4; 20, 2. 3.
πλούσιος 20, 2; 22, 2.
πλοῦτος 13, 1.
πνεῦμα 2 (ἅγιον); 8, 2 (πονηρόν).
ποιμενικὸς τόπος 22, 2.
ποιμήν 18, 3.
πόνος τῶν χειρῶν 12, 3.
πόρνος 16, 1.
ποτήριον 26, 1.
πραΰς 16, 2.
πρεσβύτερος 1, 1; 17; 18, 1. 3. 4; 21, 2.
προθυμέομαι 18, 3.
προκρίνω 13, 1.
προνοέω 18, 4.
προσευχή 13, 2; 21, 1.
προσεύχομαι 27.
προστίθημι 14, 3; 30.
προσφορά 24.
προσωποληπτέω 20, 1.
προσωπολήπτης 16, 1.
πρόσωπον λαμβάνειν 3; 18, 3. 5; 20, 2.
προτρεπικός 20, 3.

Σίμων inscr.; 9.
σύμβουλος 14, 3.
συμμύστης 18, 3.
συναθροίζω 1; 18, 3.
σύνδρομος 19, 1.
συνέλευσις πρὸς γυναῖκας 18, 3.
συνεπίμαχος 18, 3.
σύνοδος κυριακή 19.
σφραγίς 12, 1.
σῶμα 25; 26, 1.
σωτήρ 1.
σώφρων 16, 1; 20, 2.

τεκνοτρόφος 20, 2.
τιμάω 12, 3; 18, 4; 20, 3.
τιμή 20, 3.
τόπος 1; 19 (εὐαγγελιστοῦ); 22, 2 (ποιμενικός); 23, 1 (ἴδιος).
τροφὴ φθαρτὴ καὶ πρόσκαιρος 12, 3.
τύπος τῶν ἐπουρανίων 1.

ὑπεροπτεύω 22, 1.
ὑπηρεσία 21, 2.
ὑποταγή 18, 4.

φήμη 16, 1.
φιάλη 18, 2.
φιλεχθρέω 23, 2.
φιλόθεος 17.
Φίλιππος inscr.; 8, 1; 23, 1; 29.
φιλόπτωχος 16, 1.
φιμόω 12, 3.
φόβος 20, 3.
φρόνιμος 20, 2.
φυλάττω 1; 14, 3; 30.
φυτεύω 12, 3.

χήρα 1; 21, 1.
Χριστός inscr.; 1; 20, 3.
χρονίζω 18, 3.

ψηφίζω 16, 1.
ψυχή 8, 2. 3.

LIBRARIA HENRICI LAUPP TUBINGÆ.

# OPERA PATRUM APOSTOLICORUM.

TEXTUM RECENSUIT, ADNOTATIONIBUS CRITICIS EXEGETICIS HISTORICIS ILLUSTRAVIT, VERSIONEM LATINAM, PROLEGOMENA, INDICES ADDIDIT

**FRANCISCUS XAVERIUS FUNK,**

SS. THEOLOGIÆ IN UNIVERSITATE TUBINGENSI PROFESSORI P.O.

Duo volumina.

*Continet* **Volumen I., editio nova** Doctrina duodecim apostolorum adaucta: Doctrinam duodecim apostolorum; Epistulam Barnabae, Clementis Romani, Ignatii, Polycarpi, Anonymi ad Diognetum; Ignatii et Polycarpi Martyria; Pastorem Hermae.

**Volumen II.:** Clementis Romani epistulas de virginitate eiusdemque Martyrium; epistulas Pseudoignatii; Ignatii Martyria tria: Vaticanum, a S. Metaphraste conscriptum, latinum; Papiae et Seniorum apud Irenaeum fragmenta; Polycarpi Vitam graecam.

**Pretium voluminis I. Mark 8. — voluminis II. Mark 6. —**

**Singula volumina per se venduntur.**

Seminariis et Collegiis vel aliis coetibus Theologiae studiosorum decem minimum exemplaria ementibus opus pretio minuto vendetur, scilicet vol. I Mark 7. —., vol. II M. 5. —.

Quaevis mercatura libraria hac conditione »opera patrum apostolicorum« praebere potest.

---

## DIE ECHTHEIT DER IGNATISCHEN BRIEFE

auf's Neue verteidigt von

Dr. FR. X. FUNK.

Mit einer litterarischen Beilage:
**Die alte lateinische Uebersetzung der Usher'schen Sammlung der Ignatiusbriefe und des Polykarpbriefes.**

VIII. 214 Stn. Preis M. 5. —.